

**www.e-rara.ch**

## **Polydori Vergilii Urbinatis de rerum inventoribus libri octo**

**Vergilius, Polydorus**

**Basileae, 1575**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-24>

Polydori Vergilii Urbinatis de inventoribus rerum lib. III.

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

POLYDORI VER-  
GILII VRBINATIS DE INVEN-  
TORIBVS RERVM LIB. III.

A quibus primùm inuenta agricultura, & quot ea  
redundet bonis. Cap. I.



**N**ON sum equidē nescius quosdam fore  
qui uehementer demirabūtur, nos po-  
stremo ferē loco de inuētoribus agricul-  
turæ aliquid tradere distulisse, quum  
præsertim, uti Cic. in Offic. inquit, o-  
mnium rerū ex quibus aliquid exquiritur, nihil sit agri-  
cultura melius, nil uberius, nihil dulcius, nihil homine li-  
bero dignius. Verū nec eo mihi succenseant, quatenus  
hoc ipsum consulto, uel, ut uerius dicā, ex industria feci-  
mus, ut longo legentes itinere defatigati, nouum tādē  
pastū, siue, ut ita dixerim, nectar offenderent, quo uires  
recreate, & ueluti diuinā famē explere possent. De hu-  
iusce igitur rei initiis hīc cōmodē dicemus, postquā de-  
monstrauero, quantis eā laudibus iure ac merito præ-  
stantissimi auctores effērant, utpote quæ multis abūdat  
bonis. Columella itaq; in 1. De re rust. conquerens sui tē-  
poris mollitiē, ait, At mehercule uera illa proles Romu-  
li assiduis uenationibus, nec minus agrestibus operibus  
exercitata, firmissimis præualuit corporibus, ac militiā  
belli, quū res postulauit, faciliē sustinuit, duratā pacis la-  
boribus, semperq; rusticā plebē urbanæ præposuit. Ca-  
to itidē de agricultura inquit, Fortissimi uiri & milites  
strenuissimi ex agricolis gignūtur, minimeq; malē cogi-

tātes. Ex quo, teste Cic. De senect. in agris senatores erāt, ut L. Quintius Cincinnatus, qui dū agrū arabat, renuntiatus est Dictator: ut Curius, & ceteri senes. Quare qui eos accersebāt, uiatores nominati sunt. Quid, quod etiā teste Plin. lib. 17. agrum malè colere, censoriū probrum iudicabatur, atq; ut inquit Cato, quem uirū bonū colonum dixissent, amplissimè laudasse existimabant? Et id sanè, quia (quemadmodū Cic. pro Roscio Amerino docet) rustica uita parsimonie, diligetie, iustitie magistra est: at urbana non item, quā luxuries facile inficit: ex luxuria necesse est existat auaritia, ex auaritia erūpat audacia, inde omnia maleficia gignantur. Sed ne putes hoc tantū in Romana Repub. cōtigisse: de cultura agri præcipere principale etiam, ut Plin. dicit, fuit apud exteros, siquidē & reges fecere, Hiero, Philometor, Attalus, Archelaus. Vnde nō iniuria Xenophōti, quēadmodū testis est M. Tullius in Catone, nihil tā regale uidebatur, quā studiū agri colēdi. De laudibus hæctenus. Agriculturam primum omnium, teste Diod. in 1. Ostrim, qui & Dionys. dicitur, reperisse ferūt. Affirmat itē Tibul. ita scribens,

Primus aratra manu solerti fecit Osiris,

Et teneram ferro sollicitauit humum.

Primus in expertæ commisit semina terræ,

Pomaq; non notis legit ab arboribus.

Sed hoc, ut opinor, apud Aegyptios tantummodo, sicut Triptolemus primus in Græcia, & Asia, teste Iustino in 2. inuenit, (de quo Ouidius in 4. Fastorum,

Iste quidem mortalis erit, sed primus arabit,

Et seret, & culta præmia tollet humo.)

in Latio Saturnus, ut suo loco dicemus. Sed omnium primam Cererem, (quæ uti Cic. lib. 2. De natura deorū placet, à gerendis frugibus, quasi Geres, nominata est) mortales agriculturam docuisse testatur Vergil. in primo Georgicorum sic scribens,

Prima Ceres ferro mortales uertere terrā Instituit.  
Testatur & Ouid. lib. 5. Metamorph.

Prima Ceres unco glebam dimouit aratro,

Prima dedit fruges alimentaꝫ; mitia terris.

Verum hæc haud scio quantum fide digna sint, quando illud uerius esse duco, quod Ioseph. in 1. Antiq. tradit: dicit enim Cain Adam filium omnium primum comperisse terrā colere, primumq; terræ terminos posuisse. Atq; hoc agriculturae initium haud dubiè fuit. Quapropter, ut dubium non est, ex illis quos cōmemorauimus, deinceps agriculturam alios aliis primos monstrasse credere par est. Sed iam ad alia quæ pertinent ad cūltum agrorum, transeamus.

Quis primus mortalibus fruges & eas molendi, aut stercorandorum agrorum, uel pisfendi frumenti usum monstauerit, & boues aratro iunxerit, aut ferramenta rustica inuenerit, uel cribra diuersi generis. Cap. II.



Erum naturam primum homines glādibus aluisse, Plin. in procemio 16. lib. auctor est.

Item & Naso testatur in 1. Metamor. dicēs,

Contentiꝫ; cibus nullo cogente creatis,

Arbuteos foetus montanaꝫ; fraga legebant,

Cornaꝫ; & in duris hærentia mora rubetis,

Et quæ deciderant patula Iouis arbore glandes.  
Deinde inuentum est frumentum. Vergil. in 1. Georg.

—Quum iam glandes atq; arbuta sacræ  
Deficerent syluæ, & uictum Dodona negaret,  
Mox & frumentis labor additus.

Quod, ut Plin. lib. 7. dicit, Ceres, quæ antea, uelut dictum est, homines glande uescerentur, inuenit. Eadem & molere, & conficere docuit, in Attica, Italia, & Sicilia, ob id dea iudicata. Idem quoq; Maro affirmat, & Diodor. uol. 6. scribens, Cererem primam inuenisse usum frumenti, quod fortè inter alias herbas nasceretur ignotum ceteris, docuisseq; homines seruandi ac serendi modum. Sed eadem in Sicilia tantum placet esse inuentum, quoniam iis in locis agrestis triticum oriretur. Strabo etiam lib. 15. quum de India fecunditate loquitur, dicit in Musicani regione frumentum sua sponte nasci tritico persimile. Atqui idem Diod. in 1. huius frugis inuentionem Isidi tribuit. Nec eò tamen, ut opinor, à priore sententia discrepat, quandoquidem ipse paulò superius Isidem dicit eandem esse quam Cererem nuncupant. Huic deæ Ouid. non modò frumenti, sed omnium frugum usum assignat,

Prima dedit fruges alimenta q; mitia terris.

Verum Iust. lib. suæ epit. 2. scribit sub Erichtheo Athenarum rege, frumenti sationem apud Eleusim à Triptolemo repertam, cui scilicet, teste Diod. lib. 6. à Cerere mandatum fuit, ut id ab ea antè inuentum homines doceret. Sed idem Iustinus inibi diuersum sentiens, hoc potius Atheniensibus adscribere uidetur, dicens, Primi lanificij & olei & uini usum docuere, arare quoq; & serere frumenta

menta, glande uescentibus monstraerunt. Cui Aristot. consentit: aiebat enim Athenienses (sic eos reprehendebat) frumēta & leges inuenisse: uerum eos frumētis quidem uti, non item legibus. Quod Diod. probè declarat in 6. scribens, Cererem post Siculos, usum frumenti primi Athenienses docuisse. Quo fieri potest, ut secundum Cererem, & Siculos, ipsi primi hoc aliis ostenderint. In Latio autem, teste Macrobo. Saturnus omnium primus docuit: de quo Eutropius ipse inquit, Saturnus adhuc rudes populos, domos edificare, terras colere, plantari uincas docuit, atq; humanis moribus uiuere, quum antea semiferi glandium tantummodo alimentis uitam sustentarent. Vsum autem stercorandorum agrorum, teste Seruio super 9. Aen. Pitumnus inuenit, unde & Sterquilinus dicitur est. Pitumnus uerò eius frater, pinsendi frumenti, propter quod à pistoriibus colebatur. Pistores autè siue pisores à ueteribus uocabantur, qui tam in pistrino farinam pinsabant, quàm ij qui panem faciebāt, coquebantq;. Hos Romani tardè publicè habuerunt. Plin. lib. 18. cap. 11. Pistores Romæ non fuerunt ad Persicum usq; bellum, anno urbis cond. super DLXXX. Ad rem reuenio. Quauis Plin. in 17. hunc stercorandi usum iam Homeri etate fuisse, & Augeam regem in Græcia excogitasse, diuulgasse uerò in Italia Herculem tradat. Boues ad aratrum, Diodor. lib. 4. & 5. ait Dionysium secundum ex Ioue & Proserpina genitum, uel, ut alij sentiunt, ex Cerere, primum iunxisse, quum terra prius manibus hominum coleretur. Plin. uerò lib. 7. teste, aratrum Briges Atheniensis inuenit, ut alij tradunt, Triptolemus, de quo Poëta in 1. Georg. intellexit, quum dixit,

—Vnciq; puer monstrator aratri.

quo in loco Seruius, Alij, inquit, Triptolemũ, alij Osi-  
rim, quod uerius est: nam Triptolemus frumenta diuisit.  
Tacuit autẽ de nomine, quia non unus in orbe aratri mō  
strator fuit, sed diuersi in diuersis locis. Ex quo Trogus  
prodidit Habidẽ Hispaniæ regem barbarũ populũ pri-  
mò docuisse boues aratro domare, frumẽtaq; sulco sere-  
re. De Osire, ut ostendimus, sentit etiã Tibullus. Ceterũ  
omnia ferramenta rustica, quibus terra uertitur, simul,  
ut puto, cum aratro Cererem cõperisse, Vergilius pro-  
culdubio hoc uersu demonstrat,

Prima Ceres ferro mortales uertere terrã Instituit.  
quod uel Seruius approbat, dicẽs, Ceres prima omne ge-  
nus agriculturæ hominibus indicauit: nam quauis uel  
Osi-  
rim, uel Triptolemũ aratrũ inuenisse dicant, illa ta-  
men omnem agriculturã docuit: quia ferrum dicendo  
omnia agriculturæ ferramẽta expressit. Verum aut illi  
quos commemorauimus, nouissimi, uel alij alibi hæc cõ-  
monstrarũt: nã, ut Eusebij atq; Lactantij testimonio cõ-  
stat, ante multas tẽpestates, quã esset Ceres, Dionysius,  
Saturnus, Triptolemus, frumenti usus apud mortales e-  
rat, præsertim apud Hebræos & Aegyptios, uti ex Iose-  
pho cognoscere licet. Ille enim in secundo, ubi, ne altius  
repetã, tradit, quẽadmodũ Iudæa caritate annonæ labo-  
rãte, Iacob ad emẽdũ frumẽtũ filios in Aegyptũ miserit.  
Ex quo quũ Hebræi, ut superiore cap. indicauimus, pri-  
mi omnĩũ terrã coluerint, porrò extra omnẽ cõtrouer-  
siã credibile est, ab eistũ agrorũ culturã, tũ fruges ac mo-  
lẽdi usum, tũ & ferramẽta rustica ad posteros manasse,

Et hos ea ipsa (nulla enim ars, ut Fabius ait, intra initium suum stetit) deinde adauxisse. Cribrorum genera, teste Plin. lib. 18. e setis equorum Gallia inuenit. Hispania ex lino excussoria ad excutiendam farinam, et pollinaria ad purgandum pollinem, id est, crassiusculum puluerem: Aegyptus uero ex papyro, iuncoque, postea ex pellibus suillis Italia.

Quis primus uites & alias arbores plantauerit, earumque infitionem docuerit, & usum uini repperit, & uino aquam miscuerit, deque nouo uitandae ebrietatis modo, & qui caupones primi, uel quis oleam & usum olei & mel adinuenerit, uel ex hordeo potum fecerit, atque lac coegerit. Cap. III.

**E**tsi abunde uidetur natura homini suppeditasse, quum cum principio talem procreauerit, ut ipse ex omnibus animantibus, unus ratione, sicut ait Cic. ad Deum quamproxime accedere posset, tamen quum statim genitus nullo foret subsidio sultus, (carebat enim indumentis, edibus, igne, cibo, praeterquam in diem quaesito, multis denique rebus uitae necessariis, quas deinde urgente necessitate, quae rerum magistra est, ipse inuenit) non facile est, ut Plin. in initio 7. libri perhibet, aestimare, natura homini melior parens, an tristior nouerca fuerit. Fatendum est tamen, si nos his quae illa nobis tradidit, contenti essemus, longè melius res sese habituras. Nam, ut de caeteris sileam, ecquis modo fieret temulētus, quod foedissimum est uitae dehonestamentum, sexcentorumque uitiorum origo, si aquam primum à natura potum homini datum, non uinum potaremus, cuius uim, ut infra dicemus,

eius etiã primus inuentor turpiter perpeſſus eſt? Quare diuus Hieron. ad Euſtoch. De uirginitate ſeruanda, inquit, Sponſa CHRISTI uinũ fugiat pro ueneno: hæc aduerſus adoleſcentiã prima arma ſunt demonum: non ſic auaritia quatit, inſtat ſuperbia, deletat ambitio: facile aliis caremus uitiiis, hic hoſtis nobis incluſus eſt. Et infra ſubdit, Vinum uoluptatis incendium eſt, unde proximus à Libero patre intemperantiæ gradus ad inconceſſam Venerem eſſe conſuevit. Propter quod, matronæ Romanæ uino ſe abſtinebant: quod tamẽ haud obeſſet, ſi eſſet, ut par eſt, modus in rebus: nam, auctore Plin. non eſt quicquã aliud uino modicè ſumpto utilius. Quinetiam Perſæ exiſtimabant ſomitẽ eſſe quendam & incitamentum ingenij uirtutisq; , ſi mens & corpus hominis uino flagraret, qui, teſte Strab. lib. 15. Geograph. de rebus maximis inter uinũ cõſultabant, quas ipſi firmiores putare, quàm quæ in ſobrietate fuiſſent deliberatæ. Cæterum Plato uinũ magis ſenibus utile eſſe ducebat, qui illud in dialago 2. de Legib. non facile utẽdum concedit iuuenibus, itẽ militibus in caſtris, ſeruis, magiſtratibus, gubernatoribus, iudicibus, conſiliariis & liberis operã daturis, quia partus gigni debet ex moderato puroq; ſemine, quòd uino refertus, quaſi rabie concitatus, ſerere minus poteſt, unde filij ſæpe fatui & amentes procreantur. Sed iam ipſum uini inuentorẽ indicemus. Vites & uini uſum, atq; cæterarũ arborũ fructus Dionyſiũ inueniſſe Diod. lib. 4. auctor eſt, ubi dicit, Dionyſiũ orbẽ cũ exercitu perambulantẽ, & uitẽ plantare, & ex racemis uinũ torculari, ex quo ipſum Lenæũ appellat, educere monſtraſſe

strasse. Et alibi uinū reperisse, et arborum fructus testatur. Quanquā idem alibi dicit, uites ab eo non esse satas, uerū terram cum cæteris plantis spōte sua tulisse. Item Verg. hunc uitium ac reliquarum arborum inuentorem fuisse, asserere uidetur, quum de uitibus & aliis arboribus scripturus, statim in principio 2. lib. Georg. dixit,

Nunc te Bacche canam. Cæterū Capella de nuptiis Mercurij, tradit eum apud Græcos tantum primum uini usum edocuisse, sicuti Saturnum apud Latinos, Seruius in 8. Aeneid. & Eutropius testimonio sunt. Alij Icarium Penelopes patrē apud Athenienses id reperisse tradunt, eumq; post dedisse pœnas, à colonis ebris interemptum. Propertius in fine lib. Eleg. 2,

Icare Cecropiis meritò iugulate colonis, etc.

At Athenæus ait apud Actnā montē Siciliæ uitē inuētā, quòd quū Oresteus Deucalionis filius eò regnatū uenisset, eius canis ramū sortē euellit, quē ille defodi iusserat, & inde uitiiū germīna nata, quæ à nomine canis cenō appellauit. Vnde apud Veteres Græcos uitis <sup>vini</sup> uocabatur, & <sup>vinos</sup> uinū dicitur. Idē in Aegypto apud Plinthinā ciuitatē, uinū primò repertū tradit. Ad Gallos primum ferunt uinum detulisse Aruntem Tyrrhenū. Is uir nobilissimus à Lucumone alūno suo domo pulsus, ad Gallos confugit, eisq; dulcedine uini allectis facīle persuasit ut sibi auxilio in Italiā uenirent, qui illuc factō agmine concurrētes, postea pulsī Tyrrhenis, ea terra potiti sunt. auctor Plutarch. in uita Camilli. Quidā autē ex arboribus alimenta hominibus à Seculo Venti filio reperta uolunt. auctor Euseb. in 1. De præpar. Euang. Culturas earū uel

aliarum arborū, teste Plin. in 7. Eumolphus Atheniensis  
 docuit: quāvis uerisimilius sit, id Dionysiu priorē præ-  
 stitisse mortalibus, qui eas, ut ferūt, arbores plātauit. In-  
 ferendi autē arbores modū primus docuit Saturnus, te-  
 stis Macrob. lib. Saturn. 1. ita scribens, Huic Deo insitio-  
 nes surculorū, pomorumq; eductiones, & omnium eius-  
 modi fertiliū arborum tribuunt disciplinas. Insitionū ue-  
 rò, ut Columella libro suo de arboribus tradit, tria sunt  
 genera: aut enim fissam in arborē surculi inseruntur, aut  
 inter lignum et corticem ponuntur, aut gemma alterius  
 arboris, sed æstiuo duntaxat tempore in cortice alterius  
 intercluditur. Sed hæc apud posteros inuenta, quum sa-  
 tis constet Noë statim atq; egressus est ex arca, terrā stu-  
 diosē coluisse, atque uineam primū omnium sua manu  
 seuisse. Vnde arguuntur, qui auctorem uini Liberum pu-  
 tant. Qua ex uinea quum primū fructū cepisset, letus fū-  
 ctus bibit usq; ad ebrietatem, iacuitq; nudus, id quod Io-  
 seph. in 1. Antiq. tradit. Cauponam, id est, tabernā uina-  
 riam, primi aperuerunt Lydi populi Asiæ, ut ait Hero-  
 dot. quò, credo, suis ludis locū idoneum haberent: nam,  
 quemadmodum suprā demonstrauius, uaria ludorum  
 genera inuenerant, quippe tale opus in cauponis maxi-  
 mē semper feruet. Vino aquā admisceri, Staphilus Sithe-  
 ni filius, ut prodit Pli. in 7. instituit. Cuius rei Diodorus  
 luculenter in 5. quum de Dionysio loquitur, rationē red-  
 dit, Aiunt quum purum in cœnis uinum detur, omnes  
 Deum sospitem optare bibenti: quum uerò post cœnam  
 aqua mistum sumitur, Iouem uocare seruatorem: nā puri  
 uini potus ad insanīā redigit, aqua uerò mistus, uolupta-  
 tem

tem letitiãq; affert, & prohibet insanã. Vnde in conuiuiis aquã uino admiscēdi mos fluxit, medicamentũ utiq; præcipuũ ad ebrietatē uitandã: sed aliud ponit Plin. lib. 30. cap. 14. scribens, Hirundinis rostri cinis cũ myrrha tritus, & in uino quod bibatur inspersus, securos præstabit à temulētia. Inuenit hoc Horus Assyriorũ rex. Potum ex hordeo, ut idē ait, Dionysius, id est, Liber pater, primus confecit, quem, teste Euseb. in 2. De Euang. præpar. ceruissã uocant: secundũ Diod. zythũ dicit. paulũm à uĩni sapore differentē. Olim in primis fuit cõmunis Aegyptiorũ potus. auctores Herod. & Strabo. Quod Dionysius potionis genus eos potissimũ cõficere docuit, quorũ regio uites non ferret. Quapropter hodie Angli, Scoti, Hyberni, itē Galli, Germaniq; omnes Oceani occidentalis septētrionalisq; accole, eo utũtur potu, qui aduectitij tãtũ uini copiam habēt. Sed Germani dum ceruissã faciũt, admiscēt frugibus herbam lupũ, quam uulgò lupulũ uocāt: hæc enim reddit potum salubriorē. Quanquã Dioscorides non ualde potionē probat, ita lib. 2. scribēs, Ex hordeo potus fit qui <sup>sodds</sup> nominatur: is urinam cit, renes & neruos tētat, mēbranis præsertim cerebrũ uestiētibus officit, inflationē parit, uitiosum succũ creat, elephantiasin gignit, qui eo potus genere perluitur, agilis & ad opus obeundũ expeditus euadit. Hæc ille. Sed eam uim zythus in eos minus habere uidetur, qui à pueritia eo sunt usi. Oleam autem Minerua Athenis inuenit, Verg.

— Ole. q; Minerua Inuentrix: in hunc sanē modum: quum enim Neptunus atq; Minerua, teste Seruio, de Athenarum nomine contenderent, placuit diis, ut eius no-

mine appellaretur urbs, qui munus melius mortalibus attulisset. Neptunus percusso littore, equū animal bello aptū produxit. Minerua iacta hasta, oleam creavit, quæ melior iudicata fuit, propterea quòd est insigne pacis. At Diod. in 6. dicit Mineruā non creasse primū oleam, sed inter alias arbores natā monstasse mortalibus, quibus ignota esset. Etenim, uti nos infra aperte ostēdemus, ante huius deæ ortum, erat hæc arbor cum aliis syluestribus immista: olei tamen usus, ut Diod. ait, aberat, quum esset ignota: & eo pacto illam olei exprimendi modum cōperisse ferunt. At Cic. lib. De nat. deorū 3. Aristæum Apollinis filium oleam inuenisse tradit. Oleū uerò quāquam ipse Diod. ut monstrauius, dicit Mineruam reperisse, tamen lib. 5. hoc Aristæo assignat, sicut lac coagulare, atq; mel cōficere: quod Iust. in 13. etiam tradit, quāvis in 2, uti antea diximus, olei usum Athenienses inuenisse prodat. Plin. uerò in 7. scribit oleū & trapetes, hoc est, molam oleariam, Aristæū Atheniensem, itē mella inuenisse. Oleam præterea lōgo tempore Athenis tantum reperiri, testatur Herodot. qui lib. 5. dicit, Epidaurios, quum eis de agrorum sterilitate oraculū consulentibus, Pythia iussisset ut Damie & Auxesie simulachra ex ligno oleæ erigerent, quoniam ferebatur nusquā gentiū, nisi Athenis, illa tempestate oleam esse, rogasse Athenienses, ut sibi permetterēt oleā incidere. Quod equè falsum esse ex Iosephi testimonio deprehēditur, ac illud, Mineruam uel Aristæum hanc arborem, aut olei usum primò monstasse: is enim in 1. Antiq. scribit, Noë, quum iam recedentibus aquis, arca in Armenia super urticem

cuiusdam montis resedisset, emisisse columbam, & eam  
 mox oleæ ramū ferentem ad illum redisse. Quo quidem  
 tempore, ut palàm est, nondum erant Athenæ. Deinde  
 in 3. eiusdem operis, docet Mosen in sacrificiis oleo esse  
 usum, ad lumina seruanda: post quem, auctore Euseb. in  
 10. De præpar. Euāg. Apollo Aristæi pater genitus est.  
 Ex quo credere conuenit, Mineruā & Aristæū in Græ-  
 cia duntaxat hæc primò monstrasse. In Italiam olea o-  
 mnino tardè peruenit: nam Theophrastus, teste Plin. in  
 principio 15. libri, urbis Romæ anno circitèr CCCCL.  
 negauit, nisi intra XL. millia passuum à mari nasci. Fe-  
 nestella uerò dicit, hanc arborem omnino non fuisse in  
 Italia, Hispania, atq; Africa, Tarquinio Prisco regnāte,  
 ab anno pop. Rom. CLXXIII. Mel & lac cogere Ari-  
 stæū omnium primum comperisse, Diod. & Plin. aucto-  
 res sunt, cum quibus consentit Iustin. in 13. licet lib. 44.  
 usum mellis colligendi Gargori regi Curetū attribuat,  
 qui in Hispania saltus Cartestorū incoluit. Sed hic, ut opi-  
 nor, tātum in Hispania primus fortasse huius rei auctor  
 fuit. Verūm hæc Hebræis potius assignauerim: siquidem,  
 teste Iosepho, & mortaliū omniū primi pastores fuerūt,  
 & apud eos multò ante Aristæum mellis usus fuerat.

A quibus quædam peregrinæ arbores in Ita-  
 liam translata. Cap. IIII.



Arbores tam magno sunt mortalibus usui,  
 ut sine queis uita degi non possit: arbore  
 enim, ut Plin. ait, sulcamus maria, terram  
 uertimus, tecta edificamus, simulachra  
 decorum conficimus: arbores præterea communem ani-

mantibus uictum suppeditant, quarum aliæ peregrinæ  
 sunt, de quibus hoc loco carptim ac breuiter dicemus.  
 Hæ aliæ alibi nascuntur, quia nō omnis terra, sicuti Poë  
 ta inquit, omnia ferre potest. Ex quo multæ in Italiam a-  
 liunde translatae sunt, sicut cerasus, quā L. Lucullus post  
 uictoriam Mithridaticam, teste Plinio lib. 15. anno urbis  
 DCLXXX. primus uexit è Ponto. Testatur etiā D. Hie-  
 ron. ad Marcellam, sic lepidissimè scribēs, Accepimus &  
 canistrū cerasis refertum talibus, et tam uirginali uere-  
 cundia rubentibus, ut ea nunc à Lucullo delata existima-  
 rem: siquidem hoc genus pomi Ponto & Armenia subiu-  
 gatis, de Cerasunto primus Romam pertulit: unde & de  
 patria arbor nomen accepit. At annis CXX. post, trans  
 Oceanū in Britannia usq; peruenit. Et zizipha et tube-  
 res malorū genera, hæc ex Africa, illa ex Syria, Sext. Pa-  
 pinius nouissimis diui Augusti temporibus primus attu-  
 lit. Et Armeniacus & Persicus arbores, quæ ex nomine  
 ipso peregrinæ esse apparent, quis tamen eas transtule-  
 rit, nō facîle dixerim. Multa etiam ficorum genera sunt,  
 quæ ex aliis gētibus ad nos peruenerūt, incertis prope-  
 modum auctoribus: testis Plin. Sed platanus in primis ex  
 iis quæ aliunde uectæ sunt, mirū in modum celebrata est:  
 quæ ut ad nos uenerit, aut quantū ei honoris accesserit,  
 Plin. in 12. docet, sic scribēs, Sed quis nō iure miretur ar-  
 borē umbræ gratia tantum ex alieno petita orbe? plata-  
 nus ea est. Hæc per mare Ionium, in Diomedis insulā eius-  
 dem tumuli gratia primū inuecta, inde in Sicilia trās-  
 gressa, atq; inter primas donata Italiae, etiā ad Morinos  
 usq; peruecta, ad tributariū etiā pertinens solū, ut gētes  
 uecti.

uestigal & pro umbra pendāt. Dionysius prior Siciliae tyrannus Rhegyum in urbē transtulit eas domus suae miraculū, & reliqua. At nihil ad nostrā laurum, quae nonnullis in locis aliquando in peregrinis arboribus fuit, dicente eodē Plin. Notatū antiquis, nullum genus lauri in Corsica fuisse, quod nunc satū & ibi prouenit, etc. Hec, inquā, post hominū memoriā, felicissima arbor est, ad cuius cōparationem platanus nihil: quippe non unam habet laurus dotē: dicatur enim triumphis, quando triumphantes ea coronati erant: ualet aduersus fulmina, quare ante limina excubat. Quapropter ferunt Tiberiū Cæsarem tonante cælo, consueuisse laurea uti corona. Item exornat domos, & idcirco Cæsariū pōtificumq; olim ianitrix erat. Quin et pacifera habetur, quam prætedi inter armatos hostes, quietis sit indicium. Romanis præcipuē lætitiæ uictoriarumq; nuntia, addebatur lituis militumq; lanceis, ac Imperatorū fāsces decorabat: abdicat insuper ignes crepitu, & detestatione quadā, & deniq; Apollinis est arbor. Quas ob res, tantum est huic arbori semper honoris habitum, ut eam profanis usibus pollui fās minime esset, uel quòd fortasse unius arborū Latina lingua nomen uiris imponatur, & cuius folium uocetur Laurea. Appellauī suprā nostrā Laurum, utpote quam nostræ Vergilianæ familiæ nomini sacram mei maiores unā cum duobus lacertis, insigne gentis, ratione nō inani habuere: id quod carmen illud indicat,

Sum Laurus uirtutis honos pergrata triumphis,

Ianitrixq; domus, fulmina dira fugo.

Hostibus inmissa & pacem, requiemq; laborum,

Victori palman letitiamq; fero.

Phœbus amat Laurum, & capitis nos illius instar,

Formosam gerinius tempus in omne comam.

Ecce mea gemini ludunt sub fronde lacerti,

Qui mecum quare hæc, accipe, signa colant.

Ver ago perpetuū, hi primo uer tēpore monstrant,

Vnde tenet nomen Vergiliana domus,

Quæ tam immota diu casuraq; tempore nullo

Stabit, quàm uiridi fronde perennis ero.

Quid, quòd præterea malorū pyrorumq; genera penè infinita quotidie, atq; huc atq; illuc deferuntur, quarum nonnullæ ab auctoribus, ut appia, & pipina, quædã à sapore, ut quæ ferūt melimela, aliæ ab odore, aliæ à colore nomina habêt? De his satis superq; : nō est enim suscepti operis munus, peregrinas arbores describere : sed hæc quãdo ad agriculturã attinēt, perstrinximus, ut illi quos res rustica delectat, plurimas arbores quæ modò ubique gentiū abundant, aliunde originē habuisse intelligerent.

Quis primis animalibus, rebusq; aliis nomen impo- fuerit, & de primo immolandi instituto, ac carniū esu, usuq; uictus delicatioris, & more nominandi eum cui in conuiuio poculum tradatur, ac de usu uenandi, piscandi, & salis inuentione, & quis apud Rom. auuaria ferarumq; uiuaria instituerit, aut quæ animalia legionum insignia fuerint. Cap. v.



Voniam rus diuersi generis animalibus abundat, quæ ueluti humanæ uitæ necessaria Deus finxit, consentaneū est ut summam de iis aliquid dicatur. Animalibus itaq;

itaq; simulac creata sunt, Adam, teste Ioseph. in 1. Antiq. & Euseb. in 11. De præparat. Euang. nomina imposuit, quibus etiã nunc uocantur: imposuit & rebus aliis, quibus iam tum uti coeperat, quod à uero non utiq; abhor- rere existimandũ est: nam multis rebus cum ipsi Adam, tũ eius filius opus fuerat, quæ sine nomine, internosci mi- nimè potuissent. Istuc autem facere, teste Cicer. in Tusc. summæ sapientiæ uisum est Pythagoræ, At animalia se- cundũ Plin. uol. 7. Hyperbius Martis filius occidere pri- mus instituit, sicut Prometheus bouẽ. Quod magis Abel Adã filio tribuerim, qui omnium primus, ut Iosephus est auctor, primogenita suorũ gregum Deo immolauit. Ma- nauit postea iste immolandi mos tã ad Abel postros Iu- dæos, quàm ad alias quoq; gentes, reiç; apud eas initium fecit suillum pecoris genus, si Varroni credimus, qui lib. De re rust. 2. eius opinionis argumẽtũ sumit ex eo, quòd initiis Cereris, porci immolabantur, quòd in scedere fe- riendo porcus occidebatur, quòd in coiunctione nuptia- li, noua nupta & nouus maritus primum porcũ immo- labat, quòd deniq; prisca Latini, & etiã Græci in Italia idem factitabant. Et illi porci ad sacrificiũ electi, eximij porci dicebantur, quod ut maiores & optimi de grege eximerentur. Ritus uerò sacrificandi talis erat: primum lotis manibus, hostias pura aqua purgabãt, fruges capi- tibus earũ inspergentes: deinde precabantur, uotaq; nũ- cupabant, postea hostiarum tempora uectibus percutie- bant, ac occidentes membratim diuidebũt, ita primitias ex omnibus membris & exta collecta postquam farris inuoluissent farina, proiiciebãt diis, in altaria, focumve,

aut aras, hoc est, uasa, quæ tripodes dicebantur, atq; postremò succendebant, uina fundentes. Huius moris meminit Vergilius, quum diis marinis sacrificium fieret,

Dij quibus imperiū est pelagi, quorū æquora curro,  
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum  
Constituam ante aras uoti reus, extaq; salsos

Porriciam in fluctus, & uina liquentia fundam.

Qui uerò immolabant, non deos modò uoce precabantur, sed etiam aras manibus prehendebant. Idem,

Talibus orantem dictis arasq; tenentem. Quæ

propter Varro scribit, aras primò ansas dictas, quòd à sacrificantibus tenerentur, quæ deinde mutatione literarū aræ uocatae sunt. Et is hostiarū etià humanarum diis immolandarū modus, quæ Homerus in sua poesi posuit, & Romani quoq; , teste Dionysio Halic. lib. 7. usurparunt. Carnes autem sub Saturno, hoc est, in aureo seculo quū omnia humus funderet, nullū comedisse, sed uniuersos uixisse frugibus & pomis, quæ sponte terra gigneret, auctore diuo Hieron. aduersus Iouinianum, testatur Dicearchus in libris antiq. & descriptione Græciæ: & Asclepiades Cyprius, etate qua Pygmaeon in Oriëte regnauit, scribit usum comedendarū carnū nō fuisse. Chæremò Stoicus de uita antiquorū Aegypti sacerdotū scribens, narrat eos ex eo tempore quo cœpissent diuino cultui deseruire, carnibus & uino se abstinuisse: ouū quoq; pro carnibus uitauisse, & lac, eorū alterum carnes liquidas, alterū sanguinē esse dicentes colore mutato. Brachmanæ apud Indos, teste Euseb. lib. 6. De præp. Euang. nihil animatū edebant. Ioseph. lib. 2. de bello Iudaico, &

in

in 13. & 18. Antiqui tres describit sectas Iudeorum, Phari  
 seos, Sadduceos, Essenos: quorum nouissimos fert ad celi  
 laudibus, propterea quod ab uxoribus, & uino, & ut  
 Hieronymo placet, carnibus semper abstinerint. Nec  
 etiam, sicut idem sentit, Hebraico populo statim post pec  
 catum Adam, ut carne uesceretur, à Deo concessum est,  
 hoc est, non ante tempora Noe. In Creta, ut Euripides tra  
 dit, Iouis prophetæ non solum carnibus non uescaban  
 tur, sed ne coctis cibus quidem. Herodot. uerò in 1. Baby  
 lonios piscibus olim tantum uictitasse dicit. Xenocrates  
 aut philosophus ex Triptolemi legibus, apud Athenien  
 ses, tria duntaxat præcepta in templo Cereris Eleusina,  
 remansisse scribit, Honorandos patres, uenerandos Deos,  
 carnibus non uescendum. Lacedæmoniorum etiam mensæ  
 summæ frugalitatis erant. Multa denique huiuscemodi  
 continentie exempla referre possem, quæ in presentia  
 non inuitus cõsulto omitto, nonnulla post ad hæc additu  
 rus, quum de modo Christianæ abstinentie tractabitur  
 in libris insequentibus. Secundas mensas, quæ bellaria  
 nuncupantur, Iones primi omnium, teste Val. Max. in  
 uenerunt. Iidem & unguenti & coronarum in cõuiuio  
 dandarum consuetudinem, haud parua luxurie inui  
 tamenta reppererunt. Quamobrem Spartana ciuitas, ut  
 idem auctor est, seuerissimis Lycurgi legibus obtempe  
 rans, aliquandiu ciuium suorum oculos à cõttemplanda  
 Asia retraxit, ne illecebris eius capti, ad delicatius uitæ  
 genus prolaberentur: utpote quæ audierat lautitiam in  
 de etiam immodicos sumptus, & omnia non necessaria  
 uoluptatis genera fluxisse. Quæ ea omnia ipsa tamen

Sparte nõ potuit ita abstinere, quin postremò receperit: siquidẽ apud Græcos passim cõuiuia magnificè & splendidè cõcelebrabantur, quorũ moris fuit nominare eum cui poculum tradituri erant, quò unà biberent. Mos iste hodie ubiq; propè gentium retinetur, sed certè quidem nescio quàm salubriter, ne dicam quàm prudenter, ut quis edendo cogatur pro alterius arbitratu bibere. Nã idcirco cibum potumq; capimus, ut corpus nutriatur: quare æquè debemus cibum potionẽ temperare, atq; fabricator murorũ temperationẽ facit aquæ, arenæ & calcis, quæ si nimis dura aut liquida sit, ut tenacior non est ad cõsolidandum murum, sic cibus multo liquore in stomacho fluctuãs, minimè alit. Fuit alius ipsorum Græcorum mos ualde quidem honestus, ut in cõuiuio uirorum non accumberent mulieres. auctor M. Tullius in Tusculanarum & in Verrem. Redeo rursus eodem. Vnde postea ad Romanos hanc mali contagionem transisse uerisimile est, apud quos in dies magis magisq; latius serpere: nam tanta erat conuiuiorũ luxuria, ut facîle una mensa patrimonii, etsi amplũ, absumeretur, magnumq; sæpius respublicæ detrimentum pateretur. Quare Cato uerus in hac parte uates, teste Plutarcho, aiebat, difficile esse eã Rempublicam saluam fore, ubi pisciculus pluris quàm bos uenit. Quod Iuuenalis Satyra 11. conquerens inquit,

Multos porrò uides, quos sepe elusus ad ipsum

Creditor introitum solet expectare macelli,

Et quibus in solo uiuendi causa palato est.

Egregius cœnat meliusq; miserrimus horum, etc.

Ex quo multæ leges, quas Cato cibarias uocat, de cõcedendis

cēdis sumptibus late sunt. Sed quid de Romanis loquor? nōne illa Cleopatra luxuriosissima centies sestertiū, ut testis est Plin. in 9. hoc est, centies centenis sestertiis, quæ faciūt CCL. millia aureorū nostrorū, coenata est, hausto unione pretiosissimo? At, ut ueterum mores omittamus, quæ etas unquā maiore aut cura aut luxu gula indul- sit, quā nostra? palati enim causa totū percurrimus æ- quor, & ut ait Hieron. propter breuem gulæ uolupta- tem, terram lustramus & maria, & ut mulsum uinum pretiosusq; cibus fauces nostras trāseat, totius uitæ ope- ra desudamus. Iuuenalis,

Interea gustus elementa per omnia quærūt. Verius uero igitur est quod Socrates dictabat, multos propter ea uelle uiuere, ut essent & biberent: se autē bibere atq; esse, ut uiueret. Possē in hoc loco multorū inuitamen- torum gulæ inuētores prodere, quos tamē malo in tene- bris iacere, quā eos nominando, tot cōiitiis obnoxios reddere. Vsum uenādi & piscandi, quidam, teste Euseb. in 1. De præparat. Euang. apud Phœnices repertum uo- lunt: ueluti salem & eius usum Misor & Selech inuenif- se dicūtur. Romæ pauonē Q. Hortēsius augurali cœna primus posuit. auctores Varro in 3. De agricul. & Plin. in 10, & Macr. lib. Satur. 3. Auiaria, hoc est loca in qui- bus domi aues educantur, primus, teste Plin. instituit, in- clusis omnīū generū auibus, M. Lælius Strabo Brūdusij equestris ordinis. Habuit etiam Romæ Alexander Imp. uoluptatis gratia. auctor Lamprid. Ex quo cœptum est animalia carcere coërceri, quibus natura calū aut ter- ram assignauerat. nam & leporaria, id est uiuaria fera-

rum, muris undiq; septa, auctore Plin. in 8. à Fulvio Hirpino primùm cōdita sunt, ut etiam hodie nōnulla in Italia extant: diuus enim Federicus dux Urbini duo equidē fecit, in quibus omne ferarum genus inclusit, ut quoties per negotia liceret, animi causa, se honestissimo huiusmodi uenationis genere exercere posset. At alibi, & præsertim in Anglia, passim eiusmodi uiuaria sunt, quæ quū roboreis sudibus septa sint, rectē ueteri uocabulo roboraria dici possunt. Et hæc loca Angli in summis cum uoluptatibus tum opibus habēt, quādo nulla apud eos uidetur magnifica uilla, quā uiuariū ferarū, ceruorū & damarū nō ornarit. Nō est insuper ab re demonstrare, tātū honoris quibusdā accessisse animalibus, ut legionū Romanarū insignia forēt: erāt enim signa, lupi, minotauri, equi, apri, & aquila, quā legionibus C. Marius in secūdo cōsulatu suo propriē dicauit. auctor Plin. li. 10. Nat. hist.

Quis primus inuenerit linum, retia, nendi texendique modum, uel artem fulloniam, & saponem: aut qui lanas infecerint, aut repperint lanificij uestimq; uariarum ac pellium usum, fusos, aulæa, futoriam artem, sericum, & quando eius copia per Europam fieri cœperit, ac bombycinam uestem atque purpuram, & quid ipsa sit purpura, ac quanto in honore olim & pretio fuerit.

Cap. vi.



ille lini usus sunt, sed præsertim in uelis faciendis, quod execratione dignum est, ad perniciem hominum. Quod enim maius miraculū uideri potest, quā ut herba sit hoc linum, quæ catenus Aegyptum, Syriam, African, Hispaniam,

niam, Galliam, Italiæ admoueat, ut multi paruo quidem temporis spatio, ad ea ipsa loca leuissimo etiã uentorum flatu perueniãt? Audax itaq; uita & scelerum plena, ut Plin. ait, aliquid ferere uoluit, ut uentos procellasq; reciperet: ita enim tã paruo semine nascitur, quod orbẽ terrarũ ulro citroq; portat, hominẽq; ipsum, perinde quasi parũ fuisset in terra mori, cogit perire in aquis, ubi insepultus à mōstris marinis uoretur. Propter quod Plin. ait, haud se scire quæ execratio satis esset cōtra inuētore. sed ad rē ueniamus. Linũ Arachne uirgo, quæ Lydia fuit, omnium prima, teste Plin. lib. 7. inuenit: quãquã eius usum apud Hebræorũ antiquissimos multò antè fuisse cōperimus. Hæc lanificij peritissima Mineruã in certamẽ pro-uocauit, à qua in bestiolã, quæ araneola dicitur, conuersa est. auctor Ouid. in 6. Metamorph. Hæc eadẽ retia inuenit, quæ feris auibusq; atq; piscibus capiũdis tenduntur. Nendi autẽ texendiq; artẽ Palladẽ instituisse nemo ambigit, quippe quæ Mineruæ ars nominatur. Quod innuere uidetur Naso in 1. De arte amãdi, his uersibus,

Quid facis Acacide? non sunt tua munera lanæ,

At titulos alia Palladis arte pete.

Et Ausonius libro primo,

Litia qui texunt, & carmina, carmina musis,

Litia contribuunt casta Minerua tibi.

Plinius tamen in 7. dicit Aegyptios textilia comperisse, qui etiam plurimis litiis texere, quæ ποδύμιτα uocant, simul instituerunt. idem auctor libro 8. Fulloniam artem Nicias Megarensis inuenit, quam qui exercent, fullones nominantur: ij uestimenta curant, poliuntq; & ad

id saponem utuntur, quem Plin. lib. 28. cap. 12. à Gallis inuentum tradit, Græcè dicitur *σάπων* quicquid purgat. Idem lib. 27. quum de osyris herbae foliis & semine tractat, Smegmata, inquit, faciunt mulieribus ex his. Lanam infecere primum Sardibus Lydi, auctor Plin. Vsum uerò lanificij Iust. lib. 2. Athenienses primos docuisse tradit. Quod ego Mineruæ potius tribuerim, siquidè illa erat antequam Athenæ cõditæ foret: & quoniã lanificiũ callebat, credibile est eã primò lanificiũ monstrasse, præsertim Atheniënsibus, apud quos castissimè colebatur. Quapropter Iustinus, ut puto, facillè intelligit Athenienses lanificij usum primos post Mineruam docuisse, ueluti eos, auctore Diodoro, primos secundũ Cererẽ, uel Siculos, frumentũ monstrasse probauimus. Fusos in lanificio reperit Closter filius Arachnis, testis Plin. Illud quasi præteriens non omittã, olim in plerisque Italiæ locis, lege pagana sancitũ fuisse, ut ne mulieres fusos per itinera ambulantes torquerent, nève detectos ferrèt, quòd id aduersaretur omnium spei, præcipueq; frugũ. Hinc cognoscere licet, quàm uana fuerit ueterũ religio: hodie enim Italicae mulieres illud passim faciunt, sine tamè alicuius rei maleficio. Aulea ornamenta quibus parietes & aulae teguntur, primum, teste Seruio super 3. Georg. in aula Attali regis Asiæ, unde nomẽ habent, inuẽta sunt, postquã is populũ Romanũ fecit heredẽ. Sutoria artis inuentionẽ Plinius nescio cui Boethio assignat: ego uerò dixerim Hebræos primos sutores fuisse, quando satis cõstat Mosen calceatum extitisse, cui, uelut in Exod. cap. 3. patet, dictũ à Domino fuerit, Solue calceamentũ de pedibus tuis. Vestium usum

usum Palladē inuenisse Diod. lib. 6. auctor est. Sed, ut ait Euseb. quū de rebus Phœnicū in 1. De Euang. præpar. scribit, vso ex Siculi genere ortus, traditur primus corporibus tegmina ex pellibus ferinis cōsecisse. Quod ego illi apud Phœnices dūtaxat tribuendū dūco, quādo Adā primus à Deo creatus, pellicē sibi uestē fecit, quod proculdubio uestes faciundi posteris exemplar extitit. Præterea, quoniā de uestibus facta est mentio, uidetur locus exigere, ut singulorū uestimentorum inuētores prodamus. Latus clauus primum repertus est ab incolis Balearium insularū, quo Caius Cæsar, auctore Tranquillo, ad manus simbriato usus est, & à latis clauis, qui eius uestitus tunicæ inserti erāt, nomen habet: unde tunica lati clau palmata à genere picturæ dicta. Auri intexēdi modū, uti Plin. in 33. & in 8. est testis, Attalus rex Asiæ inuenit, unde Attalicæ uestes pictæ. Acu facere excogitauerunt Phryges Idæi, ideoq; phrygiones uocati sunt, & uestes ipsæ phrygianæ. Rectam tunicam Tanaquil prima cōtexuit. Apud Græcos inuentū est palliū, sicut apud Hetruscos prætexta, ita nuncupata, quòd eius circuitus & oræ purpura prætexta essent: & magistratū uestitus erat. Contrà toga alia pura dicebatur, cui nihil purpuræ foret prætextū, qua teste Plin. in 8. tyrones ac nouæ nuptæ induebantur. Item colores diuersos intexere Babylonij cœperunt. Martial. Vestē Semiramia, quæ uariatur acu. Undulatam uestem, quæ toga regia dicebatur, qua Seruius Tullus usus est, fecit Caia Cæcilia, quæ eadem Tanaquil uocata est. auctor Pli. in 8. & undulata dicta, quòd undis aspersa foret, quæ sit ex pilis hircorū caprarumq;.

Hoc genus panni, nos symballoton uulgò uocamus. Dalmatica uestis longa, non admodum lata, à Dalmatis primum confecta. Gabanium à Græcis inuentū eiusdem ferè formæ, ac Dalmatica est, manicis eius longitudinem æquantibus, quo Itali etiã nunc unã cum Græcis utuntur. Eorundè Græcorū inuentū fertur mantæle, quod est genus penulæ, quã ipsi *μανδύλα* uocant, nos uerò māt. elū, at uulgò cappã, cuius nūc ubiq; gentiū usus est perquam celebris. Bracæ Gallorū uestitus fluxus intōsusq;, ac uarij coloris, unde pars Galliæ frigidior, Braccata appellata est. Sindonē ex lino anictū primum in urbe Sidone fiam constat, qua corpus Seruatoris nostri inuolutum Math. tradit. Hec de uestimentis, quorū auctores produntur, dicere habui. Erāt uestes aliæ aliis peculiare, ut toga Romanis et Gallis, ex quo Gallia Cisalpina Togata nūcupata est. Togam autē ipsam Tertul. lib. de pallio scribit à Pelasgis inuentã ad Lydos primum, à Lydis deinde ad Romanos delatam fuisse, apud quos diuersa eius fuerunt genera. Tunica interior uestis sine manicis, senatoria, eadem nobis linea proxima carni est, quam camisiam uocamus. Bulla aurea puerorum nobilium Romanorum erat, trabea triumphantium, lacerna ludos spectantiū: militū uerò, paludamentū, chlamys, quæ & Macedonum Græcorumq; abolla, lena, & sagū, quod uulgò sayon uel cotta dicitur, à quo milites nostros sagatos appellamus. At stola matronarum erat ad pedes usq; demissa, extremãq; in parte instita, fasciola exornata. Atque hæc Romanorum aliorumq; populorum uestimēta propria, quæ uno alteròve tempore ab illis ipsis inuenta dix-

dixerim. Est & cilicium uestis genus, cōfectum ex uillis hircorum atq; caprarum, quod, teste Varrone, Cilicia, unde nomen habet, primū inuenit, ut illud dense duplicatum adhiberetur ad sagittarū ictus excipiendos. In eo apud nos summa est sanctitatis tutela, quādo uiri sanctissimi ad domandum corpus proximē carnem utuntur. Pellium usus frigoris uitandi causa, olim apud Britānos fuit, quemadmodū in nostra Anglica historia ostēdimus. Item apud Scythas. Ouidius de Trist. libro tertio, inter quos exulauit,

Pellibus & laxis arcent mala frigora braccis,

Oraq; de toto corpore sola patent.

Apud ueteres Romanos nō fuisse testatur Tranquil. scribēs Augustū solitū esse hyeme se quaternis tunicis munire aduersus uim frigoris: quod utiq; nō fecisset, si pellibus longē mollioribus uti mos fuisset. Postea Neronis tēpori bus ea mollitia ad ipsos quoq; Romanos irrepfit, quādo Seneca in epist. frigoris causa, meminit de pelliculis uulpiū & muriū Ponticorum, quas Itali zebellinos, & alij præsertim Angli sables uocāt, quæ ut quādam aliæ molliores, ita pretiosiores multò sunt. Sed longū est si nimis facimus, nō præteribo tamē sericū, scēminarū uirorumq; luxurie uberrimū alimentū. Hoc Seres Scytharū populi, à quibus nomē habet, primū inuenerūt, dicēte Plin. in 6. Primi sunt hominū qui nascantur, Seres, lanicio Syluarū nobiles, persusam aqua depercentes frondiū caniciū: unde geminus scēminis nostris labor, redordendi fila, rursumq; texendi: tā multiplici opere, tā lōginquo orbe petitur, ut in publico matrona trāsluceat. Itē Ver. in 2. Geor.

Velleraq; ut foliis depectant tenuia Seres.

Ex his autem Vergilij uerbis multi suspicantur huiusmodi uellera non à uermibus, ut apud nos fiunt, confici, sed sua sponte in frondibus illarum arborum nasci. Cui opinioni Solinus etiam suffragari uidetur, quò scribat, Seres aquarum aspergine inundatis frondibus uellera arborum adminiculo depectere, liquoris & lanuginis teneram subtilitatem humore domantes. Verùm Seruius hoc non minus scitè quàm eleganter declarat super 2. Georgic. ubi Maro ostendit apud alias quoque gentes lanigeras arbores nasci, dicens,

Quid nemora Aethiopum molli canentia lana? etc. Ait enim, Apud Indos & Seres sunt quidam in arboribus uermes, qui bobyces appellantur, qui araneorum more, fila tenuissima deducunt, unde est sericum. Hæc Seruius, cui Plinius suppetias ferre uidetur, quò in 11. de bombyce Coa loquitur, scribès, Et in Co insula nasci traduntur cupressi, terebinthi, fraxini, quercus, florè imbribus decussum terræ halitu animante. Fieri autem primò papilioes paruos nudosq;, mox frigoriù impatiètia uillis inhorrescere, & aduersus hyemem tunicas sibi instaurare densas, pedù asperitate radente foliorù lanuginè in uellera. Hanc ab his quoq; cogi, subigiq; unguium carminatione, mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. & reliqua. Bombycinas igitur uestes à sericis nõ distinguunt, quas in silu retorque, ac inde texere, in Co insula Pamphila Platis filia inuenit. auctor Aristoteles De animalibus, & Plin. in 11. At serici usus tardè omnino ad nos accessit, magniq; fuit pretij: nã, uti Vopiscus testatur, Aureliano

reliano principe, qui regnare cœpit anno circiter salutis humanæ CCLXXIII. serici libra auri pōdo, id est, libra uēdebat: quare is princeps modestissimus nūquam holsericam uestē, quæ tota ex serico intexta erat, induere uoluit, qua paulò antè primus Romanorum Antoninus Heliogabalus homo luxuriosissimus usus est, auctor Lāpridius: quū id tēporis tantum in usu esset uestis subserica, cuius stamē ex serico foret, trama autem ex alia materia, cuiusmodi hodie pannū in primis conficiūt Flandri, quē Satin de Bruges uulgò appellāt. Posthac circiter annū salutis DLV. ingens serici copia per totam Europam fieri cœpit, quū per idē tempus duo monachi, uelut Procopius auctor Græcus tradit, uermiculorū semē, hoc est, oua ex Serinda Indiæ urbe, ad Iustinianū Imp. Constantinopolim attulerint. Fit autem ex puro serico panni in primis triplex genus, unū uulgò dicitur rasum, quòd in eo nullus utrinq; sit pilus, apud alios uocatur satin: alterū damascū floribus intextū, quòd Damasci in Syriæ oppido primò cōfectum sit: tertium uillutū, id est, uillosum, quod ex altera parte uillos habet. Purpura uerò quo pacto, & quādo sit inuenta, est apud Pollucē lib. de uerbis idoneis ad Commodū 1. qui inquit, Tyrij ferunt captum amore Herculē cuiusdam Nymphæ indigenæ, cui nomen Tyros, quē sequebatur canis, qui irreptantē scopulis purpuram cōspicatus, peresa carūcula, sua sibi labra cruore puniceo infecit. Quū igitur ad puellā adisset Hercules, delectata illa insueta tinctura, affirmauit sibi cū illo post hac nihil fore, nisi ad se uestē afferret, etiā canis illius labris splendidiorē. Quocirca Hercules inuenta animāte,

collectoq; sanguine, munus puellæ detulit, primus, ut Syrii dicunt, puniceæ insecturæ auctor. Sunt aut purpuræ, teste Plin. lib. 9. cap. 36. pisces ex concharum genere, quæ septem ut plurimum uiuunt annos, cõgregantur uerò tẽpore, mutuoq; attritu liquorẽ quendã ueluti ceræ emittunt: sed nobilẽ illum succũ, quo uestes tinguntur, in medijs habent faucibus, quem cum uita euomũt, ideo uiuæ capiendæ sunt. Hinc purpureus color, qui nigrantis rosæ splendore subluet. Est eiusdẽ concharum generis, sed non idem murex piscis, qui & conchylium dicitur, cuius cruore cõficitur color etiam purpureus, quẽ ostrum appellant. Ex quo à bonis auctoribus eiusmodi piscium, purpuræ, muricis, conchylij nomina, pro ipso colore passim usurpantur. Fuit Romæ purpuræ usus, iam inde ab initio urbis cõditæ, distinguebatq; ab equite curiã, id est, in signe erat Romanorum magistratum, quæ idcirco quam plurimo uendebatur: nã uiolacæ purpuræ libra tẽpore Augusti Cesaris cõtum denarijs uenibat, hoc est, decẽ nostris coronatis aureis. Postea dibapha Tyria, ita dicta quòd bis tinctã esset, & apud Tyrios insectores optimos, in libras, ut inquit Plinius, non poterat emi mille denarijs, id est, centũ coronatis. Quapropter quũ posteritas semper luxuriosa fuerit, mirũ profectò est, purpuræ usum tã rarũ, uel potius nobis penitus esse ignotum.

De origine architecturæ. Cap. vii.



Omines primum more ferarum, in syluis & speluncis nascebantur, ciboq; agresti uescendo ibi uitam agebant: postea reperto igne, ut Vitruuio De architectura placet,

cet, cognitaq; eius cōmoditate, ad teporem propter uim  
 frigoris arcendam, propius accedentes, in unum plures  
 conuenire cœperunt, & in eo cōgressu, quicquid uellet,  
 iam tum facile tractare, ut qui rationis participes erant:  
 alij ex fronde tecta facere, alij speluncas sub montibus fo-  
 dere, uti Troglodytæ & Libyæ quidam populi Hesper-  
 riis Aethiopibus uicini, teste Strab. in 17. Geogr. factita-  
 bant: nōnulli hirundinū nidos imitantes, ex luto & uir-  
 gultis cōdere loca quæ subirent. Et sic usu uenit, ut homi-  
 nes, quorum ad quiduis intēditur ingenium, ualet, nouis  
 inuentionibus gloriantes, & alij aliis deinde ostendētes,  
 ædificia informare, parietes furcis rectis, & uirgultis  
 interpositis luto texere, luteas glebas arefācientes strue-  
 re, & ut imbres & æstus uitarent, arundinibus uel fron-  
 de tegere, uel ex ulua palustri tuguria cōponere cœpe-  
 rint. Quæ ædificia Vitru. testatur, sua etiam ætate con-  
 struxisse Galliam, Hispaniam, Lusitaniam, Aquitaniam,  
 Phrygiam. At etiam Aegyptus posuerat, secūdum Dio-  
 dorum: imò apud omnes ferè gētes, talia hodie uisuntur:  
 nec mirum, quum sint qui etiam nunc sine ædificiis, sub  
 dio uitam ducant, pars in curribus, ut Scythæ propè o-  
 mnes, pars in campis, ut Nomades & Saraceni, in Afri-  
 ca, qui Syluestres nuncupantur. Atq; eo pacto rem pau-  
 latim ad artem, id est, architecturam, deductam ferunt,  
 quæ ædificandi rationem docet, quam, auctore Diod. in  
 6. Palladi assignāt. Quod ego ex Iosephi testimonio, aut  
 Cain Adam primi hominis filio, aut Iobal ex Lamech  
 genito potius attribuerim, quorum alter primus, sicut  
 infra dicemus, oppidum, alter tabernaculum condidit.

Vnde deinceps non modò casas, sed domos ex lateritiis parietibus & lapide structas, tum deorū templa quam-ornatissima facere cœperunt. Sed iam ad ædificiorum diuersi generis auctores transeamus.

Qui primi luteas aut lateritias domos ædificauerint, & tegulas & lapidicinas inuenerint, & de prima columnarum origine, & quando primùm marmorum usus Romæ in ædificiis. Cap. VIII.



**D**omos luteas, teste Plin. lib. 7. Doxius Gellij filius primus ædificauit, sumpto ab hirundinū nidis exëplo. Lateritias uerò, hoc est, ex lateribus cõstructas, eodẽ auctore, Euryalus & Hyperbius fratres Athenis primùm fecerunt. Earum structuras Diod. in 6. dicit Vestã Saturni ex Rheafiliam primã inuenisse. Domos ipsas & agros, teste Laertio, Epimenides Cretensis primitus expiãsse dicitur. Tegulas quibus domus teguntur, Cinyra Agriopæ filius in Cypro insula inuenit. Lapidicinas, hoc est, loca ubi lapides effodiuntur, Cadmus Thebis, aut sicut Theophrasto placet, in Phœnicia. auctor Plin. Verùm ego huiusmodi rerum inuentionẽ uerius, ut opinor, Cain, aut Seth eius fratris filius assignarim, quando ille, teste Ioseph. in 1. Antiq. mortalium omnium primus oppidũ cõdidit, de quo infra mentionem planiorẽ faciã: isti uerò, ut in primo huius operis uolumine demonstrauimus, columnas duas, id est, unam lateritiã, alterã lapideã, ut in eis rerum coelestium disciplinã inscriberent, cõstruxerunt, quam primam columnarum atq; laterum originem esse dixerim. Quo apparet, in ipso serẽ mudi primordio domos  
aliaq;

aliq; ædificia ex diuersis materiis cōstruendi usum fuisse. Non eo tamen inficias, eos, quos ex auctoritate Plin. prodidimus, uspiam deinceps hæc primos docuisse. De marmore restat dicere, cuius fodiendi causa (tantū enim deliciarū olim mortalibus obrepfit) natura ipsa rerū penē acta est in planum, mōtes ipsi cæsi, promotoria mari aperta, uiscera deniq; terræ in sexcentas partes dilacera ta sunt. Vnde, ut de cæteris fileā, ad Romanos tāta marmoris, cuius cōuehendi gratia naues etiam fiebāt, copia uenit, ut M. Scauri ædilitate, auctore Plin. lib. 36. Nat. hist. trecentæ sexaginta columnæ marmoreæ ad scenam theatri nō diutius ludorū celebritate duraturi, portatæ sint. At L. Crassus orator primus peregrini marmoris colūnas habuit. M. uerò Lepidus primus omnium limina ex Numidico marmore in domo posuit, magna reprehensione, qui Cōsul fuit anno urbis DCLXXVI. Crusta marmoris primus, teste Cornel. Nepote, totius domus parietes Mamurra eques Roman. operuit, qui fuit præfectus fabrorū C. Cæsaris in Gallia. Marmore autē scalpendo primi omnium inclaruerūt Dipœnus & Scylus, geniti in Creta insula, prius q̄ Cyrus in Persis regnare inciperet.

Qui primi condiderint oppidum, muros, turres, tabernacula, delubra, aut quis primus Deo omnipotentem templum posuerit, & qui puteos foderint. Cap. IX.



Ortales ab initio conditis per rura cassis, ut dictum est, paulatim inter se coeundo è fera agrestiq; uita ad māsuetiores mores peruenerunt, tuncq; primum uinculo quodam

societatis simul uiuentes, oppidum, hoc est, locum muris munitum, ædificarunt, ut eò opes suas cõferrent, ubi nulum esset hostium periculum: qui inde ciues à coeundo uocati sunt, & ipsum oppidum urbs, quam colit ciuitas, id est, ciuium cœtus, dicta ab uruo parte aratri curua, quo illi antiqui homines ritu Hetrusco, sulcum ducebãt, intra quem oppidum posituri essent, ut illud fossa muroq; munitum foret. Hoc primus omnium, teste Plin. Cecrops condidit, qui fuit, ut Iustinus ait in secundo, ante Deucalionis tempora, idq; à se Cecropiam nominauit, quæ deinde arx fuit Athenis. Aliqui Argos, quod Pelasgicum, auctore Strabone lib. 8. Geograp. Homerus uocat, à Phoroneo rege antè conditum uolunt, de quo Lucanus in sexto,

—Vbi nobile quondam, Nunc super Argos arant.

Fuit alterum Argos in Attica: aliud, ut Plin. in 4. est testis, in Achaia Hippium cognominatũ. Quidã etiam Sicyonem prius constructam dicunt. Aegyptij uerò multò antè apud se Diospolin, id est, Iouis oppidũ, ædificatam asserũt: quod fidem propius est, quum ipsi omnino antiquissimi sint. De hoc oppido Strab. lib. 17. meminit. Muros Thrason fecit primus omnium. Turres, ut Aristot. ait, Cyclopes inuenerunt: ut Theophrastus, Phœnices. Quod Verg. Palladi a signare uidetur in Bucolicis,

—Pallas quas condidit arces Ipsa colat.

Quæ quidem omnia postea inuenta puto, quum Cain Adam filius, qui, sicut palàm est, in ipso propemodum orbis principio fuit, auctore Iosepho in primo Antiquitatum, mortalium omnium primus urbem condiderit,  
murisq;

murisq; muniuerit, quã ab Enoch filio suo seniore Enochiam appellauit. Turrim uerò quæ præ altitudine uix oculis terminari poterat, in eo loco quæ deinceps Babylon uocata est, ut idẽ testatur, iuuentus post diluuiũ Noe, rursum uim aquarũ formidans, id suadẽte Nemroth, primum construxit. Quare Cecropiã, Argos, Sicyonẽ, Diopolin, urbes unã cũ turribus postea conditas fuisse, iam meo iudicio liquido constat. Tabernacula, teste Iosepho in 1. Antiq. Iobal filius Lamech fecit, quanuis Phœnices Seculi nepotibus attribuant, auctor Euseb. De præpar. Euang. Delubra Epimenidem Cretensem primum ædificasse, auctor est Diogenes Laertius lib. 1. At Vitruuius Pythium architectũ primũ omnium Priene ædem Mineruæ fecisse tradit. Herodot. tamẽ lib. 2. Aegyptios, ut nos in primo huius operis uol. scripsimus, primos diis delubra statuisse prodidit. Romæ, teste Liuius, Romulus templum locauit Ioui Feretrio, quod primum omnium more gentis sacratum fuit. Deo autem omnipotenti Solomon rex Hebræorum ab ortu Adam primi hominis, tribus millibus centum & duobus post annis, primus omnium, auctore Iosepho lib. 8. Antiquit. Ierosolymis templum condidit, quod Dauid illius patrem extruere parantem, Deus per Nathan prophetam ab opere, propterea quòd manus hostium sanguine pollutas haberet, reuocauit, eiq; iussit, ut id Solomoni filio condendũ relinqueret. Quod quidem templũ cum miro opificum artificio, tum ingenti auri copia quo ornatũ erat, omnium profectò operum quæ tunc in orbe terrarum extabant, celeberrimum fuit. Secus tamen factitauit Alexander

Romanus Imperator, uir in hac parte haud mehercle cōtemnendus, qui, teste Lampridio, in templis nūquam præter quatuor aut quinque argenti libras, auri ne guttulam quidē, aut bracteolā posuit, identidem uersum Persij repetēs, in sacro quid facit aurū? Puteos, auctore Plin. in 7. Danaus ex Aegypto aduectus in Græciam quæ uocabatur Argos Dipston, fōdit. Quod sanè absurdum est: nā ut ab ouo, ueluti dicitur, incipiā, constat primò Abraham & Isaac, sicut patet in Gen. lib. cap. 26. ac deinde alios Hebræos de Aegypto egressos, duce Mose, per solitudines multos fōdisse puteos, quo tempore nondū Danaus erat: dicente Iosepho contra Appionē, iam palām uerò est ex prædictis annis, tēpore cōputato, quia hi qui uocabātur pastores, id est nostri progenitores, ex Aegypto liberati, ante tres & nonaginta atq; trecētos annos hanc prouinciā inhabitauere, quā Danaus Argos accederet. Sed nec Argis quidem Danaus puteos fōdit, uerū eius filie: poëtæ enim aiunt, ut testis est Strabo lib. 8. Argos aquis carere. Vnde Homeri uersus,

οὐκ ἔστιν αὐτὸν ἕρπον ἀγρῶν ἔρπον

Dij posuere Argos lympharum protinus experts. Sed nō ipsam regionē, quæ annibus irrigua est, aquarū inopia laborare uolunt, uerū oppidū. Urbem uerò illam, ut Strabo ait, in loco iacuisse arido ferūt, in qua magna erat puteorum copia, quos non Danaus, sicut Plin. placet, sed eius filie fecerunt, testificante hoc carmine,

Ἄργῳ ἔρπον ἔρπον ἀνακαὶ ἕρπον ἀγρῶν ἔρπον

Argos aquis uacuum Danaæ struxere redundans.

De primis labyrinthorum, pyramidumq; auctori-  
bus,

bus, & de maufoleo fepulchro, ac de uarijs apud gentes olim fepleriendi ufu, & unde apud Romanos mos cremandi cadauera, confecrandorumq; Imperatorum poft mortem, atq; de origine funebris orationis. Cap. x.



Peræpretium est, ut antequam hinc digrediamur, labyrinthos dicamus portentosissimum humani ingenij opus: in se enim continent mille itinerum ambages, occurfus ac recurfus inexplicabiles, crebris foribus inditis, ad fallendum occurfus, redeundumq; in errores eosdẽ. Quatuor fuisse cõmemorantur: primus in Aegypto, quem alij regiam Mothærudis principis fuisse existimant: alij sepulchrum Meridis, quod etiã Diodor. sentit, plures alij Solis honori extructum ferunt. Hunc Plin. lib. 36. ait, à Petesuco rege, siue à Tihoë esse cõditum. At Herodot. lib. 2. cõmune Aegyptiorũ regum opus appellat, seq; illum uidisse paulò supra stagnum Myrios, uersus Crocodilorum urbem conditũ testatur, de quo Strabo etiam in 17. meminit. Hinc sumpsisse Dædalum exẽplar illius quem fecit in Creta, non est dubiũ, sed cõtẽsimam tantum eius portionẽ imitatum. Alter hic ab Aegypto labyrinthus fuit, de quo intellexit Poëta in 6. Aeneid. dicens,

Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Et Ariadne apud Ouidium epistola 10,

Quum tibi, ne uictus tecto morerere recuruo,

Quæ regerent passus pro duce fila dedi.

Idem Naso in 8. Metamorph.

Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artis,

Ponit opus, turbatq; notas, & limina flexu

Ducit in errorem uariarum ambage uiarum.

Plin. quoq; & Plutarch. in uita Theſei, & Strabo atque D. Hieron. mentionē faciūt. Tertius in Lemno fuit, quē, eodem Plin. auctore, fecere architecti Zmilus & Rholus & Theodorus indigena, cuius Plin. etate, ut ipse est testis, reliquiæ extabant. Quartus in Italia: omnes lapide polito, fornicibus tecti. Italicū Labyrinthum, sicut testatur Plin. sibi fecit Porſena rex Hetruſcorum, sepulchri causa: de quo Varro, Sepultus est Porſena sub urbe Cluſio, in quo loco monimētū reliquit lapide quadrato, singula latera pedum lata tricenum, alta quinquagenūm, inq; basi quadrata, intus labyrinthū inextricabilē, etc. De labyrinthis satis est dictum. Sequuntur pyramides, quarū auctores minimē sunt sua laude fraudandi, propter uidelicet earum magnitudinē: tam altæ enim in Aegypto fuisse traduntur, ut magna omnium admiratio fuerit, qua ratione in tātam altitudinē subuecta forent cæmenta. Tres autem pyramides, auctore Plin. inter Memphim & Deltam fuisse constat, quarum unā ac reliquarum maximā, teste Diod. lib. 2. CCCLX. hominū millia annis XX. cōstruxisse produntur: quā, ut idem dicit, sibi fecit ut in ea sepeliretur, (quando istæ pyramides aliud nihil erant nisi sepulchra) Chemis rex, quem Herodot. Cheopem appellat. Post hunc regnum obtinuit, sicuti Diodor. ait, Cephus eius frater: quidam non fratrem, sed filium nomine Chabreum regnū tenuisse asserunt, quod similius uero Diodorus autumat. At Herodot. non Chabreum, (nisi codex mendosus est) sed Chephrenem, &

non filium, uerum fratrem illius qui primam cōdidit pyramidem, uocat. Cōueniunt tamen ut hic, siue filius eius, siue frater fuerit, alteram pyramidem edificauerit, arte priori similem, magnitudine quidem imparem. Et hæc duæ, auctore Strab. inter septem spectacula mundi numeratæ sunt. Martialis,

Barbara pyramidum sileat miracula Memphis.

Hunc regem, ut Herodot. & Diod. prodūt, sequutus est Mycerinus rex, prioris pyramidis auctoris filius. Is tertiam pyramidē longē minorē paterna uicenis (uelut testatur Herodot. in 2.) pedibus, ex omni parte reliquit. Hanc quidam, teste Strab. Rhodopæ meretriciæ ab amātibz positam uolunt, narrantes huiusmodi fabulam: Quū ea aliquādo lauaretur, aquila alterū calceū ē manu ancillæ rapuit, & in gremium regis iura Mēphi dantis dimisit: rex demiratus, perquiri mulierē iussit, quā in urbe Naueratitarū inuentam uxorem duxit, & mortuæ inde pyramidem cōstruxit. Quod Herodot. prorsus falsum esse dicit, quū Rhodope mulier longē post fuerit quā reges qui pyramides fecissent. Isti igitur reges quos comme morauimus, pyramidū auctores tradūtur: etsi Diod. lib. 2. & Plin. in 26. Natur. hist. à quibus factæ sint, nō satis cōstare dicūt, iustissimo casu oblitteratis tantæ uanitatiz auctoribus. Pyramides autem faciendi, teste Plin. causa à quibusdā traditur, ne plebs esset otiosa. Quare Ioseph. in 2. Ant. dicit, Aegyptios coegisse Heb. pyramides edificare, ut eos huiusmodi labore attererēt, aut ne reges pecuniā successoribus, aut æmulis insidiātibus relinquerēt uel præberent. Propter quod ipse Plin. hæc opera, regū

pecuniæ otiosam ac stultâ ostentationē uocat. Verum ego hanc potius fuisse causam opinor, quod Aegyptij, ut ait Diod. domos nostras diuersoria appellabāt, tanquā breui tempore à nobis inhabitādas: mortuorum uerò sepulchra sempiternas domos, quoniā apud inferos infinitum sit tēpus: idcirco domus ædificāda curā contēnebant, sepulchrorū magnificētiae (ut stultissimè sit etiā apud nos hodie) summum studium operanq; tantum impēdentes. Quāuis nonnulli, teste Diod. Aegyptios huiusmodi sepulchrorū præcipuū studiū ab Aethiopicis esse mutuatos assuerēt. Nemo tamē rex ex iis qui eas pyramides cōdiderāt, in illis sepultus est. auctor Diod. in 1. Mausoleū autē, id est, Mausoli regis Cariæ monumētū, auctore Stra. lib. 14. Geogr. Artemisia eius uxor extruxit, quod, teste Plin. lib. 36. inter septē miracula adnumeratū est. Mart.

Aëre nec uacuo pendentia Mausolea.

de quo etiam meminit Cicero, Lucanus, Gellius, & Vitruuius. Varius præterea apud gētes olim usus sepeliendi cadauera fuit: mortui enim Persarū non prius humabantur, quā aut ab alite, aut à cane traherentur. Massagete & Derbica miserrimos putabant qui ægrota-  
tione morentur: & parentes, cognatos, propinquos, quum ad senectutē peruenissent, iugulatos deuorabant, rectius esse ducentes, ut ipsi potius quā uermes comessent. Tibareni quos dilexissent, senes suspendebant patibulis. Albani Caucafi mōtis accolæ, mortuorum curam habere, aut meminisse, nefas putabāt, quibus cum etiam pecunias defodiebant. Aegyptij statim mortuo homine, ferro incuruo cerebrum per nares educebāt, locū illum  
medi-

medicamētis explentes, dehinc acutissimo lapide Aethio  
 pico circa ilia cōscindebant, atq; illac omnē aluū protra  
 hebant, quā ubi repurgauerant, rursus odoribus cōtusis  
 refarciebant, inde iterum consuebant: ubi hæc fecissent,  
 saliebant nitro abditū LXX. dies: nam diutius salire non  
 licebat: quibus exactis, cadauer sindone inuoluebāt, gum  
 mi illinentes. Eo deinde recepto, propinqui ligneam ho  
 minis effigiem faciēbant, in qua inferebant mortuū, in  
 clusumq; ita reponebant. Et id, ut arbitror, ideo factita  
 bāt, ut eo pacto cōdita cadauera diuturnius incorrupta  
 seruariētur: nā Aegyptij, teste Seruio in tertium Aenei  
 dos, sequuti Stoicorum sententiam, persuasum habebant  
 tandiu animam durare, quādiu duraret & corpus. Ae  
 thiopes Macrobij, id est, longæui, in uitreis sepulchris  
 mortuos cōdere. Scythæ eos qui à demortuis amati fuis  
 sent, uiuos infodiebant cum ossibus mortuorum: regē au  
 tem suum ubi mortuum ad eas gentes quibus imperasset,  
 circumtulissent, similiter humo tegebant, atq; cum eo se  
 peliebant aliquam eius pellicum strangulatam, & eum  
 qui uina miscuisset, aut qui præfuisset nuntiis, necnon  
 omnium rerum primitias. Nasamones sedentes mortuos  
 humabant, obseruantes, ut dum quis cœpisset agere ani  
 mam, eum sedentem constituerent, ne supinus spiritum  
 efflaret. Hyrcani uolucris & canibus semiuiuos proii  
 ciebant. Thraces mortuos suos per lusum & letitiam  
 terræ demandare, prædicantes in qua tot malis liberati  
 essent felicitate: contrā edito puero, propinqui eum plo  
 ratu prosequēbantur, exponentes quascunq; necesse  
 foret illi, quòd uitam ingressus esset, perpeti humanas

calamitates: institutum mchercle inter tot uitæ mala, sapientie plenū. Eorum autē optimates simulatq; cōbusti essent, sepeliebantur. Quidam Aethiopū demortuos in flumen proiiciebāt, existimantes id optimū sepulchrū esse: aut uitro circumdatos domi seruabant: aliqui fictilibus cōdebant, atq; infōdiebant. Assyrij melle condebant, ac cera oblinebant. Nabathæi cadauera pro stercore habebant, regesq; suos in sterquiliniis defōdiebant. Taxilli mortuos uulturibus nō secus proiiciebant, atq; Cassij cæteris bestiis. Quædā Indicæ fœminæ cum uiris cremari sibi felicissimū gloriosumq; putabant. Bactriani canibus ad hoc ipsum nutritis obicere senes. Quod, ut diuus Hieronymus est testis, quum Alexandri præfectus Nicanor emēdare uoluisset, penē amisit prouinciam. Parthorum sepultura, aut auium aut canum laniatus erat. Issedonum Astaticæ Scythiæ populorū mos erat parentum funera cantibus prosequi, & proximorū congregatis cœtibus, cadauera ipsa dētibus laniare, pecudumq; carnibus mista comedere, ac capitibus auro incinctis pro poculo uti, quæ, auctore Plin. lib. 4. ultima erant pietatis officia. Herodotus tamen in 4. dicit, illos parentū capitibus non loco poculi, sed pro simulachro usos esse, immolantes illis quotannis maiores hostias multis cū cæremoniis. Hyperborei hoc sepulturæ genus optimū arbitrabantur, ut siquos satietas teneret uitæ, epulati delibutiq; de rupe nota præcipitarent sese in mare profundū. Romani teste Plin. in 7. postquā longinquis bellis obrutos erui cognouerunt, cadauera cōburere cœperunt. Primus omnium in Cornelia domo, Sylla dictator crematus est, ueritus talionem,

nem, id est, timens ut suum corpus è sepulchro extraheretur, perinde ac ipse Marij cadauer cruisset. Hinc igitur apud Romanos cremandorū cadauerum usus increbuit: sed hunc magis foris quàm domi seruatiū esse duco, nec tamen semper cōbusta sunt. illud uel scire licet, apud Rom. consueuisse filios & propinquos mortuorum corpora in rogum iniicere. auctor Cicero, qui lib. Tuscul. 1. ita de ea re scribit, Metellum multi filij, filia, nepotes in rogum imposuerūt. Fuit et apud alios huiuscemodi mos comburendi. Plin. enim testatur in 19. quum de lini generibus loquitur, scribens, Regū int̄de funebres tunice corporis fauillam ab reliquo separant cinere. Optimates etiā Thracum, ut diximus, comburebantur. Sed de hac re funerea plura alibi dicemus, quū de anniuersariis nostrorum exequiis differetur. Non est tamen silendum de more Imperatorum consecrandorum, qui Romanis talis fuit: Sepulto corpore, Imperatoris imaginem fingebant, eamq; in regia uestibulo supra lectum eburneum ponebāt, ad ægroti speciem pallidam, quam circumstantibus utrinq; senatu & matronis nobilioribus, medici inuiscebant quotidie, septimo autē pōst die ubi uisus erat obisse mortem, iuuenes utriusq; ordinis lectum humeris in uetus forū primò, dein in campū Martiū perserebant, ibiq; in tabernaculo ad exemplum turris structo, ac aridis fomitibus oppleto locabant, cum ingēte aromatiū aceruo. Hic ceremoniis patrio more concelebratis, successor imperij facē tabernaculo admouebat, cæterisq; ignē subiciētibz, cūcta cōburebantur: mox è fastigio quodā aquila dimittebatur, quæ in cælū credebatur ipsam principis

animam deferre. Ac iam ex illo, unâ cum cæteris numi-  
 nibus, Imperator colebatur. De hac re Herodianus sta-  
 tim in initio 4. libri latius meminit. Cæterû hanc conse-  
 crandi rationem posteritas sumpſiſſe uidetur ex Cæſa-  
 ris dictatoris funere, cuius forma nõ multum ab iſta fuit  
 diuerſa. Funerẽ orationẽ de Bruti laudibus primus Va-  
 ler. Publicola habuit, quæ adeo grata iucundaq; Roma-  
 nis fuit, ut ex eo cõſuetudo manſerit, ut qui ſtrenuẽ pu-  
 gnando interiüſſet, ab optimatibus laudaretur. Dicitur  
 etiam funebribus Græcorum orationibus illa uetuftior  
 fuiſſe, niſi iam Solon, qui teſte Gellio lib. 17. Tarquinio  
 Priſco Romæ regnante, leges Athenienſibus dedit, hu-  
 ius rei auctõr, ut Anaximenes orator dicit, antea fuerit.  
 teſtis Plutarch. in uita Valerij. Apud Romanos deinde,  
 auctõre eodem Plutarcho in uita Camilli, quũ mulieres  
 ornãmẽta aurea, quibus utebantur, ad conficiendam pa-  
 teram in Delphum mittendam cõtribuerint, ſenatus de-  
 creuit, ut quemadmodũ pro uiris, ita etiã pro ſceminis,  
 in funere orationem haberi liceret. Hinc igitur demor-  
 tuos laudandi mos fluxit, quẽ nos hodie ſeruamus: ſeru-  
 amus autem, in laudandis illis, ſi ne quid falſi dicere aude-  
 mus, qui dũ uiuere, ſummopere curarũt, ut ab omnibus  
 bene audirent: nã hoc unũ in primis indicium uirtutis &  
 uitij in homine exiſtit. Quippe natura quadam optimus  
 quiſq; inuigilat, ut de ſe reliqui mortales nõ malam imbi-  
 bant opinionẽ, & poſt mortẽ omni tẽpore bene loquan-  
 tur: at ignauiffimus nõ item. Cuius ſanẽ rei cõiectura, Pla-  
 to in epiſt. 2. ad Dionſ. tyrannũ, ſe duci affirmat, ut cre-  
 dat eſſe aliquẽ ſenſum iis qui mortui ſunt, rerũ noſtrarũ.

Qui

Qui primi obeliscos fecerint, aut Romam inuexerint, & inibi locus Plinij emaculatus, & de notis obeliscorum, & quales essent Aegyptiorum literæ. Cap. XI.



Abyrinthos ac pyramides regum opera omni admiratione digna, superiore capite descripsimus, eorum simul proditis auctoribus. Sequuntur modò obelisci, quos reges iuxta certatim fecerunt. Sunt autem obelisci trabes lapideæ Solis numini sacratæ, propter quod ad radiorũ similitudinẽ fiebant. Apud Aegyptios nomẽ habent à radio, & plane talis est radij forma, dum per fenestram intrat. Græci à ueru similitudine nuncupant, apud quos <sup>obelus</sup> ueru est. Obelisci primum in Aegypto, inde Romæ plures erecti sunt. Primus omnium, teste Plinio libro 36. hoc opus instituit Mitres, qui in Solis urbe regnauit, somnio iussus: hoc enim ipsum in eo inscriptum erat. Postea & alij Aegyptiorum reges in eadem urbe fecerunt, Sochis enim quatuor erexit, quadragenorum et octonũ cubitorũ longitudine. Rameses autem is, quo regnante illium captum est, 40 cubitorum: idem & alium posuit longitudine undecẽtenis pedibus, per latera cubitis quatuor. Erant & alij duo, unus à Myrne positus, alter à Phio. Hec ex Plinio uolumine 36. Verum quidam codices non à Myrne, sed à Smarre, & nõ à Phio, sed ab Eraphio habent, ut in alterutris mendum sit. Vnum Alexandriae statuit LXXX. cubitorum Ptolemæus Philadelphus. Phæron etiam duos in æde Solis posuit, hanc ob causam: ferunt enim hunc regem, teste Herodoto libro 2. facinus

admisisse, quòd spiculū in medios fluminis uortices con-  
 torserit, & propter id cuestigio amisso uisu, decēnio cæ-  
 cū fuisse: undecimo autem anno ab urbe Buci oraculum  
 accepisse, uisum esse sibi rediturū, si oculos ablisset lotio  
 mulieris, quæ cæterorū uirorū expers, suo tantū uiro cō-  
 tenta fuisset: & ante omnia, quum lotiū uxoris tentasset,  
 ac nihil amplius cerneret, reliquarū deinde urinā exper-  
 tū tandē uidisse, ibiq; omnes mulieres quas fuisset exper-  
 tus, præter eā (uxorē enim duxit) cuius lotio lotus uisum  
 recepisset, concremasse: atq; ea calamitate liberatū, cum  
 alia in aliis templis donaria posuisse, omnia egregia ad  
 diuturnitatē memoriæ, tū maximē memorabilia ac spe-  
 ctaculo digna in templo Solis gemina saxa, quos obelos  
 uocant à figura ueru, centenū cubitorū longitudinis,  
 octonū latitudinis. Fuerunt & plures alij in ipsa Aeg-  
 ypto, quapropter Augustus Cæsar, teste Ammiano,  
 duos Romam ex Heliopoli urbe Aegyptia transporta-  
 uit, quorū unus, qui, ut auctor est Plinius, excisus fuit à  
 rege Semneferteo, in circo maximo, alter qui à Sesostris-  
 de factus est, in campo Martio positus fuit. Tertius in Va-  
 ticano erat, à Caio principe inuectus, qui etiam nunc eo  
 loci stat: de quo Plinius lib. 16. cap. 40. quum de arborū  
 magnitudine loquitur, Abies admirationis præcipue ui-  
 sa est in naui, quæ ex Aegypto Caij principis iussu, obe-  
 liscum in Vaticano circo statutum adduxit. Hunc, ut idē  
 in 36. testatur, fecerat Sesostridis filius Nūcoreus. Et de-  
 inde subdit, Eiusdem remanet & alius centum cubitorū,  
 quem post cæcitatem, uisu reddito, ex oraculo Soli sa-  
 crauit. Hæc Plinius. Ex his uerbis facilē conuicere pos-  
 sumus,

sumus, Plin. intelligere de altero obelisco, quæ, ut supra ostendimus, ex testimonio Herod. Pheronem, nõ Nuncoreum, ut apud Plin. legitur, recepto oculorũ uisu, Soli sacrasse constat. Ex quo extra omnem cõtrouersiam, Plin. locus deprauatus est, qui ut emaculetur, loco Nũcoreus, legendũ esse duco Pheron, ne duo inter se grauißimi auctores certare uideantur, quũ haud difficulter fieri potuit, alterũ ex iis quos Pheron fecerit, eũdem esse, quem Caius Romam portarat. Quod demiror Hermolaũ Barbarũ, uirũ utiq; sagacissimi ingenij, non animaduertisse, præsertim quum paulõ superius admonuisset undecimo capite, eiusdem 36. Plin. uoluminis, ubi Nuncoreus inscriptus est, legendum esse Sefostridis, nõ Sefotidis: qui, teste Herodoto, fuit huius Pheronis pater, de quo Plin. lib. 6. cap. 29. meminit, & Strabo lib. 7. & Iosephus contra Appionem uolumine 2. Non est etiam tacitum relinquendum, obeliscos quamplurimum notis quibusdam, id est, uaria animalium effigie, insculptos fuisse, quæ uel regum gloriam, uel eorum persoluta uota sequentibus ætatibus monstrarent, quæ loco literarum erant, dicente Plin. lib. 36. Etenim sculpturæ illæ effigiesq; quas uidemus, Aegyptiæ sunt literæ. Et Cornel. Tacitus lib. suarum histor. 13. Primi, inquit, Aegyptij per figuras animalium, sensus mentis effungebant, & antiquiss. monumenta memoriæ humanæ impressa saxis cernuntur. Strabo etiam lib. 17. ait, In obeliscis quibusdam literæ sunt, quæ regum illorum diuitias ac potentiã declarant: nam per speciem apis mella conficientis, regem indicabant, cui cũ iucunditate moderante, aculei inesse debet.

Per accipitrē, rem denotabāt citò factam, quoniam hæc aliarū fermè omnium avis sit uelocissima. Per instrumenta etiam quedam membræve humana scribebant: quod Diodor. statim in principio 4. lib. planè demonstrat.

A quibus primò asylum constitutum fuerit, & quos pacto asylius utamur. Cap. xii.



Ostquam Hercules migravit è terris, nepotes eius, auctore Seruio in 8. Aeneid. timentes insidias eorum quos auus afflixisset, Athenis sibi primi omnium asylum, hoc est, templum misericordiæ, collocarunt, unde nullus per uim posset abduci: nam cõponitur ex α, quod est sine, & σύ, quod traho: quod Staius affirmat in 12. Thebaidos, dicens,  
Fama est defessos acie post busta paterni  
Numinis, Herculeos sedem fundasse nepotes,  
Sic sacrasse loco commune animantibus ægris

Confugium. Cuius Plutarch. etiam in uita Thesei mentionem facit. Verum ego hoc primum inuentū Most uerius, ni fallor, assignauerim, qui, ut auctor est Eusebius, longè ante Herculem fuit. Is enim, teste Iosepho lib. Antiquit. 4. in tribus ex iis urbibus quas ipse cõdiderat, dum Hebræum populum in patrium solum reduceret, asylum constituit, quod illis tantum profugio foret, qui minimè scientes homicidium commississent. Secundum hæc, longo deinde tempore Romulus, ut haberet aduenas plures, cum quibus cõderet Romam, ad imitationem Atheniēsis, ut Seruius tradit, asylum (teste Liiuo in 1. ab urbe cõd. & Dionysio li. 2.) aperuit, quò quisquis proficisceretur, ab omni noxa liberatus esset. Ouid. in 3. Fast.

Romulus ut saxo lucum circumdedit alto,  
 Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris.

Vergilius quoq; in 8. ait,

Hinc lucum ingentem, quem Romulus acer asylum

Rettulit. Fuit & aliud asylum, auctore Strab. in 8.

Geogr. nō procul Træzene, in insula nomine Calauria, Neptuno dicatū. Tum aliud quoq; in Aegypto, ad Canopicum Nili ostiū, Herculi consecratū, de quo Herod. lib. 2. meminit, Erat, inquit, & in eo litore quod nūc quoq; est, Herculis templū, ad quod si quis cuiuscunq; hominis seruus cōfugiens capiat sacras notas, sese Deo tradēs, eū nefas est tangere. Quæ sanctio ad meam usq; etatē, prorsus immota perseveravit. Fuit etiā in ipsa Aegypto, sicut cōmemorat Strab. lib. 17. & ult. Geogr. Osiris asylum, & in Syria Apollinis. Sunt hodie in orbe nostro Christiano, præsertim apud Anglos, passim asyla, quæ non modò insidias timentibus, sed quibusvis fontibus etiā maiestatis reis patent: quod facit ut manifestè appareat, nos id institutū non à Mose, qui illis duntaxat qui nolentes hominē occidissent, asylum posuit, sed à Romulo esse mutuos. Quæ nempe res haud dubiè in causa est, cur bene multi à maleficiis minus abstineant manus. Quid, quòd templa nostra ubiq; gentium istiusmodi sceleratis hominibus instar asylorū sunt? & id cōtrā quàm Moses etiam constituerit, qui in Exod. cap. 21. ita sanxit, Siquis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo auelles eum, ut moriatur.

De origine theatri, & in eo recitandi comœdias  
 tragœdiasq; modo, & qui primò Romæ theatrum,

& amphitheatrum ac circum construxerint, & quare amphitheatrum arena spargeretur, & inibi de frequenti apud ueteres lauandi usu, ac thermarum origine. Cap. XIII.



**H**eatrici (quod hemicycli specie constructum erat, ἀπὸ τῆς ἡμικύκλου, quod est uideo, appellatum, Latine dici spectaculum potest) consuetudo, teste Casiod. in epist. à Græcis sumpta est: nam quum agrorum cultores feriativis diebus sacra diuersis numinibus per lucos uicosq; celebraret, Athenienses primum hoc in urbē spectaculum transtulerunt, theatrum Græco uocabulo appellantes, quod in eo eminens astans turba cōueniens sine aliquo impedimento conspiceret: apud quos, auctore Euseb. in 2. De præpar. Euāg. Dionysius primus theatrum fecit: propter quod, ut meafert opinio, Seruius ait theatrales ludos in honorem dūtaxat apud ueteres Liberi patris fieri cōsueuisse. Plutar. similiter Athenis theatra fuisse, in uita Thesei aperte ostendit. Sanè apud Alexandriam, in Antirrhodo insula theatrum etiam fuisse, Strabo in 17. auctor est. Hūc morem Romani quoq; ut pleraq; alia, in urbem cōstruendi theatri transtulerunt, quod ita dispositum erat, ut à fronte inter duo cornua, scena esset, dicta ἀπὸ τῆς σκηνῆς, quod apud Græcos tabernaculū significat, ita appellatum à facienda umbra. Scena primò inuenta est umbre gratia, in qua ludi ab eo loco scenici nuncupati, à principio facti sunt, qui, teste Liuius, anno urbis cond. CCCXCI. C. Sulpitio Petico, C. Licinio Stolone COSS. pestilentie sedandæ causa instituti sunt. Porro quum uis morbi

morbi nec humanis consiliis, nec ope diuina leuaretur,  
 inter alias iræ celestis placationes eiusmodi ludos intro-  
 ducere placuit, in sanis certè hominū mētibus, qui puta-  
 rent Deū lasciuis saltationibus sibi placatū iri. Itaq; ex  
 Hetruria ludiones acciti, qui sine carmine ullo, sine imi-  
 tandorū carminū aētū, ad tibicinis modos saltātes, haud  
 indecoros motus dabant. Res noua sic bellicosum popu-  
 lū delectauit, ut iuuētus inde iocularia simul inter se uer-  
 sibus incōditis fundentes, eos imitari cōperint. Hæc ridi-  
 cula carmina sine cātū iactitata, Græcè exodia appella-  
 bātur, sicut epodia quæ cātabantur. Et quia hister Thu-  
 sco uerbo ludius uocabatur, id nomē histrionibus est in-  
 ditū. Post annos deinde cētū & uigintiduos, qui fuit an-  
 nus ab urbe cond. DXIII, Liuius Andronicus fabulā uer-  
 sibus intextā primus recitandā dedit. Ac ita ludus pau-  
 latim in artē uersus est, quū in scena comici tragiciq; &  
 cæteri poetæ sua recitarēt poemata: in ea etiā erāt præ-  
 cones, tibicines, citharædi & huiusmodi, qui uel in fine  
 cuiusq; ætus canerent. Hoc sanè loco non abs re uidetur  
 esse aliquid dicere de modo in primis agendi comœdias,  
 tragœdiasq;. Nā quū Cic. lib. 3. De orat. de Roscio, qui  
 fuit homo Gallus, & comœdus peritissimus, ac eius præ-  
 ceptor in pronuntiationis gestuūq; exercitatione, dix-  
 rit, Nūquā agit hūc uersum Roscius eo gestu, quo potest:  
 nōnulli suspicati sunt comicos & tragicos sua poemata  
 recitare solitos, & minos, hoc est histriones, præstō fuis-  
 se, qui personarum inductarum facta dictaq; exprimēdi  
 causa, eorū uoces gestibus tātūm persequerētur: id quod  
 alibi Cic. in Parad. falsum esse demonstrat, quum inquit,

Histrionum si paulò se moueat extra numerum, aut si uersus pronuntiatum est syllaba una breuior aut longior, exhibatur & exploditur. Si igitur histrio gestu, non itè uoce agebat, qui fieri potuit, ut mutus in pronuntiatione reprehederetur? Theatralis autè scena apud antiquissimos parietè nò habebat, sed fròdibus tatum tegebatur: postea tabulata coeperunt cõponere instar parietis, & sic binis & sæpe pluribus cõtignationibus cõstabat. Deinde erat prosceniũ, suggestum in quo ludi exercebantur. Verg. — Et ueteres inuent proscenia ludi. In medio orchestra, in qua senatorũ sedibus erant loca designata, unde omnium agentium gestus spectari possent: dicta orchestra, quòd in ea saltationes fieri consueuerunt: ἄρχαία enim Græcè saltatio dicitur. In cauea uerò, quæ pars media theatri erat, subsellia equitum erant in cuneos eodem modo diuisa. In circuitu hemicycli erant gradus ita dispositi, ut altiores in ambitu semper excrescerent, in his plebs promiscuè sedebat. Quibus non erat locus sedendi, ij stantes in cauea spectabant: nam senatus à populo secretus ludos spectare. Cuius rei, teste Lilio in quarto de bello Macedonico, & Plutarcho, Scipio ille Africanus, & Valer. Sempronius Longus cõsules, primi auctores fuerunt, quod & uulgi animum auertit, & fauorem Scipionis magnopere quassauit. Valerius autem Max. hoc ex sententia posterioris Africani actum esse narrat. Cauea theatri nullis fornicibus obductæ, ueluti tegi solebant. Ex quo primus omnium Q. Catulus, teste Plin. in 19. linteis theatro umbram fecit, primusq; byssina uela duxit. In hanc sanè formam theatrum M. Scav-

rus in sua ædilitate, non quidē perpetuò duraturū, sed in triginta tātū dies scenicorū ludorum ( principio enim ad tēpus fiebant theatra ) primus omnium Romæ extruxit, dicente Plin. lib. 36. cap. 15, Hic fecit in ædilitate sua opus maximum omniū, quæ unquam fuisse humana manu facta, non tēporaria mora, uerūetiam æternitatis destinatione, & reliq. C. autē Curio, qui bello civili in Cæsarianis partibus obiit, in patris funere theatra duo è ligno construxit, quibus inter sese auersis, ne inuicem obstreperent scenæ, & repētē circumactis, ac cornibus inter se coeūtibus, faciebat amphitheatrum, & gladiatorū spectacula edebat. Mansurum theatrum è quadrato lapide, ut ait Cornelius Tacitus, primus Romæ construxit Pompeius Magnus, cuius exemplar ex eo quod Mitylenæ erat, post deuictum Mithridatem sumpsisse, testis est Plutarch. Amphitheatrum autem, qui locus erat spectaculorum gratia, forma rotunda, & ueluti, ut supra ostendimus, ex duobus constans theatris, primus omniū, teste Cornelio de gestis Neronis, in campo Martio posuit C. Iulius Cæsar, quod paulò post, auctore Tranquillo, Augustus mausoleū ædificaturus destruxit, qui & ipse amphitheatrum destinauit media urbe, quod à Vespasiano conditū fuit, & à Tito consecratū. auctor Suetonius in eorū uitis. Sed quoniā Domitianus, ut idem est testis, omnibus operibus quæ post mortē illorū uel restituit uel perfecit, suū dūtaxat titulū addidit, sine ulla pristini auctoris memoria: hinc, ut opinor, illi de hoc amphitheatro Mart. statim in principio sui operis adulatur, dicēs,  
 Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro,

Vnum pro cunctis fama loquatur opus.

Augusto etiam Cæsari Herodes Ierosolymis theatrum & amphitheatrum condidit, auctor Ioseph. in 15. Antiq. In amphitheatro autē bestiarum & gladiatorum ludi celebrantur: nā permulti capite dānati, aut in bellis capti, illic cū feris pugnādo mortē oppetere cogebātur. Quod epigrammaticus poeta affirmat, de delatoribus dicens, — Nec cepit arena nocentes. Seneca testatur duos qui ad id certamē destinati erant, sibi prius mortem consciuisse. Arena, ut hoc cōmodum moneamus, aliquādo pro amphitheatro, id est, contentum pro continente, ab auctoribus eleganter ponitur. Martialis rursus,

Quicquid fama canit, donat arena tibi.

Et id, quoniam amphitheatrum spargi arena solebat, uel ne pugnantēs foedarentur cruore occisorū, uel ne cruor sparsus spectātibus esset horrore, propter quod iuuenū multitudo arenam uertendo cruorē obtegebat. At quidam aliam spargendæ arenæ causam cōmentati sunt, tradentes eā sterni, ne gladiatores diffuerēt. Circo (de cuius forma lib. superiore, cap. 14. affatim diximus) regnante Tarquinio Prisco, locus primū designatus est, atq; simul patribus equitibusq; loca diuisa, unde spectarēt ludentes. Certamen fuit equorum pugilumq; , qui ex Hertruria accersiti fuerant. Is Maximus circus dictus est. Postea duo alij positi sunt, Flaminius & Neronis. In hoc obeliscus olim fuerat, qui nunc Romæ in Vaticano extat. In circo item, teste Dionysio, athletæ certabant, qui aut pugnabant, aut currebant, uel luctabantur: quorum certamen tum primò Romanis spectaculo fuit, quū Sp.

Posthu-

Posthumius Albinus, & Q. Martius Philippus consules  
 fuere, anno urbis conditæ DLXVIII. auctor Lii. lib. 9.  
 dec. 4. Sed horū operū magnificentiæ iam iungatur ther-  
 marum luxuria: fuit enim mos priscorū quotidie lauari,  
 quod ea res, credo, teste Celso, ad prosperā ualeat conser-  
 uādā ualeudinē. Ex quo usu uenit, ut ciuis quisq; pro-  
 opibus, priuata haberet balnea: sed postea crescēte prin-  
 cipum luxuria, publicæ balneæ haberi cœpere: quippe  
 loca assignata erant, quæ aut aquis calentibus, aut igne  
 calefactis, lauandi sudandive usum præberēt, quæ Græ-  
 cè thermas appellarunt. & cum alibi, tum Romæ in mo-  
 dum prouinciarū, ut ait Ammianus, uidebantur extru-  
 ctæ, in quibus plebs etiā lauaretur: fuitq; adeo populare  
 principibus id cū ea promiscuè facere, ut Cōmodū, Gor-  
 dianū, & Galenū iuniores, alios ter, alios quinques uel  
 septies æstate, bis uerò hyeme in die lauasse Capitolinus  
 tradat, in thermisq; coenitasse. Admittebantur & mulie-  
 res, idoneū uoluptatis instrumentū. Thermæ in primis  
 celebres Romæ fuere, Agrippinæ, Neronianæ, Titi Ves-  
 passiani, Domitiani, Antonianæ, Alexandrinæ, Gordia-  
 næ, Seuerianæ, Diocletianæ, Aurelianæ, Constātinianæ,  
 Nouatianæ. Hæ magno sumptu ædificatæ sunt instar fe-  
 rē urbium. Erant in his arce amplissimæ, erāt porticus,  
 in porticibus exedræ habentes sedes, in quibus philoso-  
 phi, rhetores, reliquiq; quibus studia erant cordi, sede-  
 bant disputātes. Erat & palestra, in qua se athletæ exer-  
 cebant. Erant præterea multa intus loca ad fouendā lu-  
 xuriam faberrimè extructa. Adeo uesana dementia, o-  
 mnium uoluptatum quæsisse tentamenta uidetur Rom.  
 principes, cum tanto impendio tam paucis profuturo.

Quis primus inuenerit fabricam materiariam, & in ea ferram, asciam, perpēdiculum, terebram, glutinum, normam, libellam, tornum, clauem, circinum, securim, dolia & uasa uiminea. Cap. XIII.



Fabricam materiariam, hoc est, lignariam, Dædalus, ut Plin. lib. 7. scribit, primus omnium inuenit: et in ea ferram, asciam, perpēdiculum, id est, instrumentū quo plumbo à filo & gnomone pēdēte, rectio siue obliquitas operis perpenditur, hoc est, examinatur: & terebrā & glutinū, (quod Græci collā nominant) quo ligna cōiunguntur & cōglutinantur. Normā autē & tornū atq; clauem Theodorus Sanius reperit. Ouid. tamē lib. 8. Metamor. dicit Perdixem Dædali ex sorore nepotem, circinū, hoc est, instrumentum quo circuli uertendo designantur, & ferrā inuenisse. traxerat enim in exemplū spinas in medio pisce notatas, de quo etiā in Ibiū ait, Ut cui causa necis ferra reperta fuit. At secundū Diod. lib. 5. Talaus, non Perdix, adolescens filius sororis eiusdē Dædali, qui ab eo erudiebatur, reperta serpentis maxilla, paruulum quum secuisset lignū, imitatus postea dentium serpentis spissitudinē, ferram ferream primus omnium fecit: reperit etiam tornū, & rotam figuli, ut antē monstrauiamus: ita quū pluribus rebus hominibus profuisset, magna laude celebratus est. Hunc puerū Dædalus inuidia motus, existimans turpe esse, magistrū ab adolescente gloria uinci, dolo interfecit. At normam (cuius ratio ut longē alia sit, ac communis normæ, non modò in mēsuris, sed etiam in ædificiis utilis est) inuētum Pythagoræ esse Vitruuius lib.

lib. 9. dicit, eiusq; formã ualde artificiosam ponit. Secu-  
rim Pãtesilea Amazonũ regina inuenisse fertur. Ceterũ  
ego huius lignariæ artis, uel eiusdẽ instrumentorũ, quam-  
uis alia aliubi usurpentur, inuentionẽ potius Hebræis tri-  
buerim, apud quos multò ante Dædalũ optimi opifices  
fuerũt, præsertim in cõstructione tabernaculi, quod Mo-  
ses, qui etiã Dædalo, ut auctor est Euseb. antiquior fuit,  
Deo dicauit. Vel assignauerim Tyriis, qui, teste Ioseph.  
in 8. Antiq. in ea arte Hebræis lögẽ excellẽtiores fuerũt,  
propter quod Salomon Deo templũ conditurus, ab re-  
ge Tyri per literas fabros lignarios, sicut idem Ioseph.  
& Euseb. testimonio sunt, petiit. Quo pacto autẽ ex gra-  
cilioribus lignis capacia & in uentrẽ tumentia uascula,  
ueluti sunt dolia, fieret, Pseusippus, auctore Laertio, do-  
cuit. Vasa ex uiminibus facta, ut quallos, corbes, etc. te-  
ste Ser. in primũ Georg. Ceres omniũ prima mōstrauit.

Quis primus mari imperauerit, & ut primò nauigari  
cceptum sit, & qui inuenerint artem nauigandi, nauig-  
ia diuersi generis, remum, uela, anchoram, gubernac-  
ulum, & pugnam naualem. Cap. xv.



Vis non fatetur humanũ genus merito suo  
insaniæ audaciæq; coargui, quũ sese intra  
suos fines mimimẽ sciat tutũ cõtinere? Nam  
quãuis Deus opt. max. ei abunde cõsulue-  
rit, sua tamen spõte in pericula ruit. Ille enim nobis ter-  
ram ueluti solidũ & ad nos sustentandũ idoneum elemẽ-  
tum dedit, at nos cælũ atq; mare tētamus. Nõnne Dæda-  
lus fabricatis alis, cælum ipsum adiuit? nõnne modò sæ-  
ua pecuniæ cupiditate obcæcati, tenui ligno freti mare

non dico sulcamus, sed propemodum habitamus? Quod  
Flac. Horatius dolens, in primo Carminum inquit,

Nequicquam Deus abscidit

Prudens Oceano dissociabili

Terras, si tamen impiæ

Non tangenda rates transfiliunt uada.

Audax omnia perpeti

Gens humana, ruit per uetitum nefas.

Et in eum paulò superius qui hoc primum tentauit,

Illi robur & æs triplex

Circa pectus erat, qui fragilem truci

Commisit pelago ratem Primus.

Et Propertius libro 3. de Peti naufragio dicit,

Ergo sollicitæ tu causa pecunia uitæ æs,

Per te immaturum mortis adimus iter.

Tu uitis hominum crudelia pabula præbes,

Semina curarum de capite orta tuo.

Et deinde subiungit,

Ite rates curuæ, & lecti quoque texite causas,

Ista per humanas mors uenit acta manus. Idem,

Natura insidians pontū substrauit auaris. & reliq.

Quid deniq;, ut Poëta ait, non mortalia pectora cogit,

Auri sacra fames? Itaq; adeo ab initio mare à mortalibus

frequentatum est, ut deinceps omisissis ratibus, quibus pri-

mum est nauigatum, naues instar domorum ædificauē-

runt, quibus etiam nunc totum serè pelagus sternitur. Et

ita nauigandi arte comperta, maris imperium sibi pro-

se quisque uindicare ausus est, in eoq; non secus ac in ter-

ra bella gerere. Sed iam ad rem ueniamus. Mimos, teste

Strab.

Strab. li. 10. Geogr. mari primus imperauit: quod Diod. in 6. Neptuno assignat, qui primus nauigandi artem inuenit: ait enim, Neptunus secundū Cretenſes, primus nauigandi arte inuenta, classē instituit, eiusq; præfectus est à Saturno factus. Quapropter traditū est posteris, Neptunū imperasse mari. Creteſes omnino iam pridē, ut Strabo demōstrat, nauigandi principatū tenuerunt, à quibus propter id fluxit prouerbiū, Cretenſis nescit pelagus, in eū, qui ea quæ probè nouit, se ignorare diſſimulat, ut in nostris adagiis exposuimus. Primum autē, auctore Plin. in 7. inuētis ratibus, in mari rubro, inter insulas ab Erythra rege nauigari cœptū est. Quod etiā testatur Quintil. in 10. dicens, Si nemo plus effecisset eo quod sequebatur, nihil in pœtis supra Liuium Andronicum, nihil in historiis supra pontificum annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus, etc. Ipsas uerò rates sunt qui non Erythrā regem, sed Mysios & Troianos priores inuenisse in Helleſpōto putent, quū trāsirent aduersus Thraces. Alij in Britannico oceano primò inuentas prodūt corio circūſutas. Nauē, sicut Plin. lib. 7. scribit, primus in Græciā ex Aegypto inuexit Danaus: ut alij, teste Euseb. in 1. De Euāg. præpar. à Samothracis inuentā dicunt, aut, ut Clemēti placet, ab Atlante: alij uerò, uelut ostendimus, à Neptuno, alij à Minerua. auctor Tertul. lib. De militis corona. Verum ego hoc aliquāto uerius, ut par est, Noë tribuendum iudico, qui ex testimonio Eusebij lib. 10. De præpar. Euang. per diu ante Danaum & Neptunū fuit. Is enim uir sanctus & innocens, auctore Iosepho in 1. Antiq. quum à Deo diluuiū ad perniciē humani generis

futurum esse cognouisset, ut aquarum uim euaderet, arcam sibi ligneam fabricatus est, quae haud dubie nihil aliud fuit, nisi nauis, et condendorum diuersi generis nauigiorum primū ac unicum posteris exēplar. Berosus itidem Chaldaeus, ut Iosephus est testis, eam ipsam arcam nauim appellat. Ac non iniuria igitur et nauigandi et condendarum nauium usum primum à Noë, ante quem, quod memoriae proditum sit, nemo mare tentauerat, fluxisse credere cōuenit, quum praesertim ab eodem Iosepho accipiamus, illius nepotes, dum alij aliam orbis regionē ad habitandum peterent, multis nauibus esse usos. Tibullus autem hoc Tyriis assignat, Eleg. 7. dicens,

Vtq; maris uastum prospectet turribus æquor,

Prima ratem uentis credere docta Tyros.

Ob hoc hercle, ut puto, quòd Tyrij, teste Strab. li. 16. diu nauigandi arte excelluerūt. Ex quo fit, ut etiā qui post tēpora Noë, ad hanc usq; aetate, huiusmodi artem exercuerūt, nō nihil bene meriti sint: nam quū nulla ferè ars intra initium suū steterit, multa idcirco cū nauigiorū, tum cæterarū rerū nauticarū genera reperta sunt, quae plurimum arte illustrarunt, quorū proinde auctores cōmemorare haud omnino alienū instituto nostro ducimus. Longam itaq; nauem Iason primus edificauit, qua apud Aegyptios, ut puto Diodoro li. 1. teste, Sesostris rex Aegyptiorum primus omnium postea usus est. Biremē Erythraei fecerunt. Triremem Amoclem Corinthiū inuenisse prodit Thucydides. Quadriremē Carthagenenses, secundū Aristotelē. Quinqueremem instituit Nefichthon Salaminus, quod nauigij genus, teste Polybio uol. 1. Ro-

mani

mani primi omnium in Italia, in apparatu primi belli Punici edificarunt. Sed ab ea ad deciremē Nesigitō, ad XII. ordines Alexāder Magnus, ad XV. Ptolemæus Soter, ad XXX. Demetrius Antigoni, ad XL. Ptolemæus Philadelphus, ad L. Ptolemæus Philopator, qui est Tryphon cognominatus. Onerariā nauē Hippius Tyrius inuenit: lembū Cÿrenēses, cymbā Phœnices, celocē Rhodij, circe rū Cyprij, lintres Germani circa Danubiū habitātes, scaphas Illyrij, quæ nauiculæ maiores sequuntur naues. Remum autē Copæ inuenerunt, latitudinē eius Plateæ, uela Icarus: Diodor. tamen dicit Acolum uelis uti nautas primum docuisse. Malū, id est, arborē nauis, et antennam Dædalus: hippagines, (hoc est, ut Festo placet, naues quibus equi uehantur) Salaminij uel Athenienses, tectas longas Thasij: rostra addidit Piseus, Tyrrheni anchorā. Eupalamius eandem fecit bidentē. Quod inuentum quidam, auctore Strab. lib. 7. Anacharsidi adscribunt, qui inuenit harpagonas; id est, telum in summitate aduncū, quo nauigia capiuntur, ab ἀρπάγειν, quod est rapere. Adminicula gubernandi Tiphys, sumpto à miluo aue exemplo: hæc enim auis, teste Plin. lib. 10. uidetur artē gubernandi docuisse caudæ flexibus, in cælo monstrante natura, quod esset opus in profundo. Classe uerò primum depugnasse Minoem, auctor est Plin. Hæc de nauigiis dicta satis sint, quæ quā potissimum merces ultro citroq; conuehendi causa reperta sint, eis utiq; conuenire uisum est mercaturæ inuentores quamprimum subtexere.

Qui primi mercaturam inuenerint, & de primis institoribus. Cap. xv. i.



Mercatura haud equidem paruo mortali-  
bus auxilio est, quādo in asportādis merc-  
cibus, uitae humanae necessaria ubiq; loco-  
rum suppeditat, multarū quoq; ac maxi-  
marū rerū usum experientiamq; homines edocet, ad bar-  
barorum insuper necessitudines regumq; amicitias con-  
trahendas plurimū ualere censetur. Quapropter Plin.  
in 33. haud temere putat cōmercia uictus gratia esse inuē-  
ta: sed ibi, ut opinor, de rerū commercii loquitur, quae,  
ut ipse tradit, Troianis temporibus in permutādis rebus  
ad uictū necessariis, mortales inter se exercebāt, propter  
quod cum illis tunc haud dubiē multò praeclarius ageba-  
tur. Posthac autem reperto, sicut idem sentit, aureo nu-  
mo, tanta hominibus lucri cupiditas incescit, ut merces  
asportandi causa, sese ad omnia pericula, uel, ut ita di-  
cam, ad aleam, ueluti etiam hodie fit, exponerēt. Ex quo  
uerissimē Flac. Horat. de his ait,

Impiger extremos currit mercator ad Indos

Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.

De huiusmodi mercatura Cic. quoq; in 1. De offic. Mer-  
catura autē, inquit, si tenuis est, sordida putanda est: si  
magna & copiosa, multa undiq; apportās, multisq; sine  
uanitate impertiēs, nō est admodū uituperanda: atq; etiā  
si satiata quaestu, uel contenta potius, ut sepe ex alto in  
portū, ex ipso portu se in agros possessionesq; cōtulerit,  
uidetur iure optimo posse laudari. Mercaturā etiā, teste  
Plutar. uiri praeclariß. exercuerunt, Thales, Solon, Hip-  
pocr. & Plato. Hāc, auctore Plin. lib. 7. Poeni inuenerūt:  
uerū Diod. in 6. Mercurio assignat, id quod Galli quōdā  
sibi

sibi persuasum habuere, qui, ut Cæsar ait, deum maximè Mercurium colebant, cuius plurima erant apud eos simulachra: hunc enim omnium inuentorem artium ferebant, hunc uiarum atq; itinerũ ducem, hunc ad quæstum pecuniæ mercaturasq; uim maximã habere arbitrabantur. Sed Plin. sibi omnino repugnare uidetur, quum in eodem lib. dicat, emere ac uendere instituisse Liberũ patrem, præsertim quum mercatura, quam ait Pœnos inuenisse, nil aliud sit, nisi actus quidã emēdi uēdendiq; merces. Quare ita fortasse intelligendũ est, ut Pœni mercaturam à Libero patre institutam primi exercuerint. Ceterum neque hoc primò Pœnis, aut Mercurio, uel Libero patri assignandũ ducimus, quando ex testimonio Iosephi lib. 1. Antiq. usum uendendi & emēdi multò antè apud Hebræos, hoc est, Noë temporibus fuisse constat. Institores uerò primi, teste Herod. in primo, Lydi fuerunt. Sunt autem institores, non qui egregiè mercaturam exercent, sed qui à mercatoribus emunt, ut deinde emptas merces minutatim uendant: de quibus M. Tullius libro Offic. primo ita sentit: Sordidi etiam, inquit, putantur, qui mercantur à mercatoribus, quod statim uendant: nihil enim proficiunt, nisi admodum mentiantur. His item hodie uestium linteorumq; uenditores dare solent uestimenta circumferenda, ac ipsi ab aliis opificibus mercari res minusculas ad uendendum, qui idcirco omnes urbis uicos ruriq; ex mercatu mercatum circuire parati sunt, suas pariter merces ac amicorum uendendi causa: unde uulgò circuitores uocamus, & institores, teste Vlpiano, dicuntur, quòd negotio gerendo instent. At Labeo iuris-

cōsultus muliones quoq; stabularios, tabernarūq; præpositos loco institutorum habet. Quanquam sunt institutores iidem, atq; mercatores & negotiatores, sed ut isti honesti, sic illi sordidi habentur: quemadmodum Cic. sicut supra dixi, eorum conditionem rectè tenuerat.

Quis primus instituerit artem meretriciam, & Bacchanalia sacra, ac qualis pœnâ adulterij, aut inuenerit tincturam capillorum, uel usum tondendi, & quando primum tonsores Romæ. Cap. xvii.



**V**enerem, quam ex spuma maris procreatâ, princeps apud nos poëtarum, & Ouid. testimonio sunt, impudicam, ad omnesq; diuulgatam libidines fuisse propalâ est, quippe quæ plures ex adulterio filios procreauit: nam ex famoso Martis stupro, genuit Harmoniam, de qua Plutar. in uita Pelopidæ affatim meminit: ex Mercurio Hermaphroditū, ex Ioue Cupidinē, ex Anchisa Acneam, & ex Bute Erycem: quas ob res, amorum gratiarumq; itē pulchritudinis & deliciarū & uoluptatū omnium, & libidinis atq; coitus dea habita est. Hæc autē ne sola impudica uirorumq; appetens uideretur, omnium prima, teste Lactant. lib. 1. ut est in historia, quam prisca sacrâ appellabant, meretriciam artē instituit, auctorq; mulieribus in Cypro insula fuit, uti uulgato corpore quæstū facerēt. Ex quo apud Cyprios, teste Iust. lib. 18. mos inoleuit, ut uirgines ante nuptias statutas, dotalem pecuniam quæsituras in quæstum ad litus maris mitterent, pro reliqua pudicitia, libamenta Veneri soluturas. Harū ex numero LXXX. admodū uirgines rapi, et in naues imponi iussit Elisa,

Elisa, quū illac trāsiret è Tyro fugiēs, ut iuuetus matrimonia, & urbs sobolē haberet. Apud Babylonios etiam consuetudo fuit, ut quum rem domesticā cōsumpsissent, unusquisq; plebeius ob uictus inopiam, filias suas adigeret ad quæstum corpore faciūdum. Item mulieres semel in uita omnibus indigenis cōmunes erant: sanè ad templum Veneris sedebāt, nodis corollisq; tēpora reuinctæ, è quibus aliæ ad diuerticula, quæ aditū externis præbebant ad mulieres, dum se cōferebant, aliæ regrediebantur. Etenim quum semel illic sederant, non prius domum redire fas erat, quàm hospitū aliquis pecuniam in sinum mulieris iecisset, ac cum ea consuetudinē habuisset. Mulier acceptam pecuniā ad sacrū usum reseruabat, hospes uerò dans dicebat, Tanti ego tibi deam Mylittam implo-ro: ita Assyrij Venerē uocant. At pulchriores citò expediebantur, deformiores non item, quas sæpe uno uel altero anno expectare oportebat. Ac talis erat lex, honoris deæ Veneri habēdi gratia. auctor Herod. uol. i. Sed Bacchanalia sacra uberrimum apud cunctas fermè gentes libidinis seminariū fuisse, quorū, ut idem testatur Herod. auctor fuit Melampus Amytheonis filius, primusq; ad Græcos detulit ex Aegypto, ubi ea sacra fieri cœpere: foemina enim statuas cubitales è neruis cōpactas, quibus ingens mentula in uētre extabat, per pagos præeunte tibia circūferebant, Bacchum canentes. Deinde in Parnaso monte Bacchanalia, quæ Græcis Dionysia dicuntur, alternis annis acta sunt, magno cum hominū multo mero incalentium clamore, tum tympanorū crepitu. Haud ita multò pòst, Græcus quidā homo ignobilis eiusmodi

sacrorū antistes in Hetruriā uenit, docuitq; ritus. Ex Hetruria ea mali labes mox Romā penetrauit, ubi mirādū in modū morbi contagione matronarum pudicitia corrupit: primò sacrariū sceminarum fuit, nec quisquam uirorum admittebatur: tres in anno statutos dies habebāt, quibus interdū bacchis initiarentur, sacerdotes inter se matronæ creabantur: quum demū Paculla Minia Cāpāna facta est sacerdos, hæc omnia tanquam deorum monitu immutauit, sanè uiros & cū primis filios initiauit, nocturnumq; sacrum ex diurno, & pro tribus in anno diebus, quinos in singulos mēses dies initiorum sacros fecit. Tum promiscuò sacra uiri sceminis permisti facere ceperunt, ubi quum per noctis licentiam quiduis scelerum unicuiq; edere liceret, nihil facinoris, nihil flagitij prætermittebatur: siquidem eo loci stupra pariter atq; cædes redundabant, quando qui aut ad Venerem pigriores, aut dedecoris minus patientes erāt, (nam postremò nemo maior uiginti annis initiabatur) morte afficiebantur: nec id multis cognitum: quum nulla uox queritantium præ ululatu tympanorum cymbalorumq; strepitu exaudiri posset, & mortui ex conspectu illico in specus abderentur. Summa religionis erat inter eos, uiros uelut mente captos, corporis iactatione fanatica uaticinari, matronas Baccharū habitu crinibus passis cū facibus ardētibus discurrere, & mactatos dici à diis raptos. Verū ad extremū tantorū scelerū indicio ad Sp. Posthumium Albinū, & Q. Martium Philippum COSS. delato, religio pestifera extincta est, anno urbis conditæ DLXVIII. Atqui nō est quòd plura ueterū probra uitæ

repe-

repetamus, quum nos forsitan magis reprehendendi sumus, quando apud nos prae Veneris institutis, parū Dei opt. max. praecepta ritē seruātur. Moses enim mulierem adulterā cum adultero, ut in Leuit. cap. 10. est, morte mandandā statuit: apud Romanos & Græcos, adulteriū crimen etiam capitale fuit: Arabes qui Felicem Arabiā incolunt, uirū etiam adulterū capite multabant. Quin & diuus Clemens epistola sua prima dicit, secundū heresin adulteriū omnium grauissimum esse peccatū, atq; apud iustum iudicē maiore poena lui: & tamen ioco habetur. Quid, quod uxores & uiri palām multis adulteriis inquinati, eò quod aut ad nullā aut ad minorē poenā quā culpa sit, uocantur, nihil pēst habēt sacrosanctū matrimonij foedus uiolare? Ita apud nos mansuetudo puniēdi, illecebra est peccandi. Non sola igitur, ut ipsa cupiebat, Venus impudica est, nec tamē prima fuit, siquidē satis cōstat iā inde ab initio fermē orbis conditi, fuisse mulieres quae uulgato corpore quæstū fecerint. Legimus enim in Genes. lib. Iudā Iacob filium eò rem habuisse cū Thamar nuru sua, quod suspicatus esset illā esse meretricē, prout mulier talē se esse uestitu pariter atq; arte simularat. At quāto Venere præstantior Lucretia fuit, quæ nō pudicitiae omnibus peruulgandæ, sed cōstanter seruandæ unicū edidit exemplū, sibi ipsi mortē consciscens? Hæc tamē nō facile multas sui similes habet, adeo libido creuit, quæ mehercule nihil in uita mortaliū turpius foediusq; esse potest, quando hæc nobis cum belluis communis est, & hac una tantūm humanæ uitæ interno scitur infirmitas. Quapropter Magnus Alex. ut testis est Plutar. se

duabus potissimum rebus mortalitate intelligere aiebat, sopore ac coitu, quas sola nature infirmitas pareret. Pythagoras uero rogatus quando concumbendum esset, Tunc, inquit, quum teipso infirmior fieri uis. auctor Dio genes lib. 8. Quod nos etsi recte scimus, nihilominus tamen mulierum illecebris in libidine trahimur, ueluti canis, ut dicitur, ad uomitum suum reuertitur. De his satis. Tincturam capillorum, teste Clemente, Medea primum inuenit. Vsum autem tondendi ab Abantibus fluxisse ferunt: ita enim huiusmodi populi quum natura bellicosi foret, expeditius cum hostibus cominus concogrediebantur. Testatur utrumque Plutar. in uita Thesei scribens: Vigebat etiam illis temporibus consuetudo, ut qui ex ephelis excessissent, delati in Delphos, de comis Deo primitias darent. Accessit igitur in Delphos Theseus, et anteriore partem capitis arrasit. At Abantes primi hoc tondendi more usi sunt, quem quidem non ab Arabibus, ut quidam existimant, didicerunt, nec Mysios imitati, sed quod natura bellicosi essent, et prope pugnandi ac preter ceteros manus cum hostibus confereendi peritiam teneret. Et post paulo infert, Ne igitur ullas hostibus ad capiendum ansas darent, tondebantur. Hec ille. Ea etiam de re Magnus Alex. suis ducibus imperasse dicitur, ut Macedonum barbas arraderent. Tonsores in Italia ex Sicilia primum uenere, anno post cond. urbem CCCCLIII. adducete P. Ticinio Mena, testis Varro: ante in totum si fuere. Primus omnium radi quotidie instituit Africanus, sequens diuus Augustus cultris iugiter usus. auctor Plin. uol. 7. Natur. hist.

Multi cum uetera tum noua inuenta esse, quorum auctores ignorentur. Cap. XVIII.



Vanquã probè scimus, quantũ laudis præ-  
 miũq; debeat illis qui olim aliquid suo in-  
 genio, uel ad usum uitæ, uel ad animũ exco-  
 lendum utile, nihil nõ necessariũ excogita-  
 rint, eoq; huiuscemodi rerũ auctores hoc uno opere o-  
 mnes cõplecti, ne quempiã sua laude fraudasse uidere-  
 mur, diligentius elaboraui: attamen nobis per uestustatẽ,  
 quæ, ut Varro inquit, multa tollit, pauca non deprauat,  
 id præstare minus licuit, quòd multis utimur, quæ aut  
 ad suos minimè referũtur auctores, aut omnino ad nul-  
 los, utpote qui non produntur. Quapropter si scripto-  
 res quos sequeremur nullos planè habuimus, nemini sa-  
 nè mirum sit, nos quædã silentio præterisse: quãdo illud  
 admiratione dignius est, ut plurima noua inuenta sint,  
 quorũ inuectores non tradantur, & ex iis quædam nec  
 scripta habeamus, quo nomine uocari possint. Nã quid  
 iucundius reperiri potuit horologio? quo nobis, etsi oc-  
 cultato sole, per tintinnabulũ sua, ut ita uidetur, spõte so-  
 nã, horæ nũtiãtur? Aut quid gratius ipso tintinnabulo,  
 quod alij cãpanã, nõnulli nolã nũcupãt, inueniri potuit?  
 quod licet recens inuentũ non sit, Mosi enim tẽporibus  
 teste Ioseph. in 3. Antiq. eius usus erat, de quo Mart. ait,  
 Redde pilam, sonat æs thermarum, ludere pergis?  
 Virgine uis sola lotus abire domum?  
 utriusq; tamẽ pariter auctor latet. Sed & aliud meo iu-  
 dicio admirabilius fuit, inuenire pyxidem illã qua nau-  
 tæ admodum peritissimè nauigationẽ moderantur: quis  
 tamen eam repererit, omnino in aperto non est. Adde  
 præterea illud tormentum æneũ, quod bombardam uo-

cāt, omni admiratione execrationeq; dignū, ad perniciē  
 hominū excogitatū, quod haud adduci possum, ut huma-  
 nū ingenū inuenisse credam, sed mehercule potius ma-  
 lū quēpiā dæmonem mortalibus monstrasse puto, ut  
 inter se nō modò armis, uerumetiā fulminibus (est enim,  
 ut alio loco diximus, quāsimillimū fulmini) pugnarent,  
 cuius auctor Perilli exēplo, sicut opinor, monitus, non  
 temerē nomen suum occultauit, ne in se, uti merebatur,  
 primum huiusmodi tormentū experiri cogeretur. Peril-  
 lus enim, teste Plin. lib. 34. uir Atheniensis, ut Phalaridi  
 Agrigentinorum tyranno post hominū memoriam cru-  
 delissimo placeret, ex ere taurū artificiosissimū fabrica-  
 uit, cui ianuā in latere posuit, ut quū reus inclusus subie-  
 ctis ignibus torqueretur, mugitū, nō hominis uocem ui-  
 deretur emittere: pro quo opere quū à tyrāno pretium  
 postulasset, in illo ipse includi omnū primus à Phalari-  
 de iussus suppositis ignibus, artificij sui uerū experimen-  
 tū præbuit: de quo Ouid. in 1. De arte amādi ita cecinit,

Et Phalaris tauro uiolenti membra Perilli

Torruit, infelix imbuit auctor opus.

Iustus uterq; fuit: neq; enim lex æquior ulla est,

Quam necis artifices arte perire sua.

Est & illud nouum inuentum, in quo uterq; pes utriq;  
 eius quiescit, qui equo insidet: nam ut in marmoreis sta-  
 tuis Romæ cōspicitur, antiqui non utebantur, nec quo  
 nomine appelleretur, apud auctores legitur: uulgò staffa  
 nominatur, quòd in eo pedes commodè stent. Sunt &  
 huiusmodi plurima, sed illa in primis incitamenta gu-  
 læ, quæ hodie tam diuersi generis ex saccharo fiunt: uel  
 etiam

etiam pars maxima armaturæ, quæ quum suis uocabulis haud aptè explicari queat, nihil est quod proferā. Est uel nouitiū inuentū illud laneū tegmē capitis, quod biretrū uocāt: ueteres enim omnino caput nō uelabāt, sicuti testantur numismata, uel ipse statue, quæ, ut Romæ uidimus, apertū caput habent, præsertim quū propalam sit, nos patrio more eo fingi uestitū, quo prorsus utimur. Sed hoc omnino C. Cæsaris exemplo significātius cōprobatur: is enim, auctore Tranquillo, quū caluitij deformitatē iniquissimè ferret, obrectatorū sæpe iocis propositā, deficiētē capillū reuocare à uertice cōsueuit, ut illam obtegeret. Quod quidē quis nō uidet, ab eo fieri sub absurdū fuisse, si more patrio, cōmodius decētiusq; caput, hoc est, dehonestamentū illud caluitij, obnubere potuisset? Ex quo apparet, recēs esse inuentū hoc operimētum capitis, quo nūc passim utimur: auctor tamē ignoratur. Et sic huiusmodi sexcēta sunt, quorū iuxta auctores non prodūtur. Acutius est etiā inuenisse, et multo utilius, quæ ratione frumētū ad decurrētis aquæ impetū molere possimus, quāuis nō utiq; recens sit, tamē apud idoneos auctores suo nomine caret, uulgus molēdinū uocat. Multa insup nouissimis tēporib. instrumēta musica inuēta sunt, quorū auctores iā in obliuionē uenerunt: ex quib. propter suauitatē cōcētus, omni admiratione et laude digna sunt illa, quæ organa nuncupāt, ualde quidē ab illis disimilia, quæ Dauid iudæorū rex, ut in 1. huius operis uol. memorauimus, fecerat, quib. Leuitæ sacros hymnos cōcinerēt, sicut nos his pariter canimus. Itē alia id genus sūt, quæ monochordia, clauicymbala, uariēq; nominantur:

eorū tamen equè inuētores magno quidem suæ gloriæ dāno, in nocte densissīma delitescunt. Non proditur itidem, quis primus fecerit candelam ex seuo, rē etsi sordidam, attamen apprimè utilem: neq; is qui primum aues ad uenandū domuerit, quod similiter recens inuentū est. Nec memoriæ proditum est, quis annulos primò repererit, quibus apud Romanos, ut demonstrauius, magnus honos accessit. Sed quid miramur eiusmodi rerum admodum tenuicularum inuētores, diuturnitatem temporis obliterasse, quum imprimendarum literarū artis nuper diuino quodam ingenio excogitatae, ipse auctor prope modum in tenebris iaceret? nos tamen pro uirili parte operam impendimus, quemadmodū alibi appositè ostendimus, ut ab omni obliuionis iniuria uendicaretur. Est uel memoria nostra tegumentum crurum tam commodissimè quàm decentissimè confectum, quod nos caligas dicimus, etsi caliga calceamenti genus fuerat apud ueteres. ast auctor tam necessarij uestitus tamq; honesti, iam iam in occulto latet. Extant plures præterea artes, quæ intra suum initium tanquam humile quum minimè steterint, deinde ab insequentibus auctæ, neutiquam ad suos priores auctores, sed ad eos à quibus incremētū acceperint, perperam, ut in plerisq; locis huius operis docuimus, referuntur. Quare proinde si uetera quædā inuenta aut noua minus attigimus, id profectò in causa fuit, quòd maluerim paucis uerbis certa tradere, quàm multis incerta persequi.